BSB Bayerische StaatsBibliothek | Münchener DigitalisierungsZentrum
Digitale Bibliothek

BSB-Hss Cod.icon. 393(1
Mair, Paul Hector

De arte athletica I - BSB Cod.icon. 393(1

Augsburg Mitte 16. Jh.
Cod.icon. 393(1

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

[Cod. iconogr. 393. I
Cim. V. b. 6]



IN HOC LIBRO CO
TINENTVR ARTIS ATHLETICÆ NON
SOLVM HABITVS SELECTISSIMI AP
QVE APPROBATISSIMI, VERVM ETIAM VI
TANDI ET INFERENDI ICTVS SVBTILIOR
QVEDAM RATIO, ET SCIENTIA, QVIBVS
SI QVIS RITE VSVS FVERIT, FACILE IN PA
LESTRA, EQVESTRI CONCVRSV, ET TOR
NEAMENTIS VICTORIAM OBTINEBIT.
TVM ETIAM COMPLECTITVR FIGVRAS
GLADIATORVM CONCERTANTIVM EX
ORNATISSIMAS DECLARATIONIBVS HA
BITVVM ADIVNCTIS: ADDITA ITEM
SVNT TORNEAMENTA ANTE ANNOS
QVINGENTOS IN GERMANIA EXER
CITA ISTI ITAQ; HABITVS À DOCTO
RIBVS GLADIATORVM PERITISSIMIS
EXCOGITATI ET ACCERSITI, PER PAV
LVM HECTOREM MAIR CIVEM
AVGVSTANVM NON CITRA MAGNOS
LABORES ET SVMPTVS, IN HONOREM
PRINCIPVM, HEROVM, ATQ; ARTIS
GLADIATORIÆ AMANTIVM NVNC
DEMVM IN LVCEM EDITI SVNT.

CATALOGVS ARMORVM IN PRIMA HVIVS OPERIS PARTE CONTENTORVM SVNT AVTEM OCTO

ENSIS LONGVS, CONTINET HABITvs 120
ACINACES, 44
HASTVLA, 18
LANCEA, 36
BIPENNIS, 20
FALX FŒNARIA, 10
TRIBVLVS, 8
FVSTIS AGRESTIS, 8
ARMA CONTRA ARMA, 12
FALX FVMENTARIA, 16
LVCTÆ, 106

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

PRÆFATIO IN ATHLETICAM.

COMMODVM ET CONSVLTV̄ MI

hi primum uidebatur, hunc librum excellentem artis Athleticæ in lucem ſine ulla ꝓfatione ẹdere: preſertim cum q̄libet artes liberales et honeſtæ ſeipſas facile, remota omni dubitatione defendere, nec non omnibus gratas efficere poſsint. Cum uero hactenus eo ipſo tempore, quo iſta omnia haud ſine magnis laboribus, ſudore, atq; negotio ſumma cum diligentia comportaui, eam ipſam Athleticam quę patriā noſtram cōmunem ornat potius, quam ut deformet (quam etiam ut diſcamus multi eruditiſsimi uiri nos exhortantur) ab hominibus temerarijs, ignauis, et petulantibꝰ, quibus optimę q̄q; Virtutes, et exercitia honeſta non curæ ſunt, contemni, atq; eā prorſus contaminari animo iam dudum proſpexiſsem, et eorum calumnijs ob iſtos meos prope ſyſiphios labores prouocatus: motus ſum tandem inuitus ipſorū calumnijs reſpondere, et operi ꝑfationem ꝑmittere, in gratiam eorum, qui ſummo amore eam artem proſequuntur, ij ſiue ſint Nobiles, ſiue aliâs claris parentibus progeniti, qui cōis patriæ defendendę cauſa Athleticam diſcunt, amant, atq; exercent, Neq; uero me laboris neq; expenſorum pęnitebit unquam, tametſi mihi magno iſta conſtiterint. lectori autem multum proderit eam prefationem legiſſe, preſertim ei, qui Gymnicis certaminibus delectatur.

PORRÒ hiſtorici probati ex Græcis, Latinis, atq; Theutonicis pleriq; conſentiunt de inuentoribus iſtius artis, nec non origine, et quo tempore ea primum ſit inuenta, quibusq; Regionibus fuerit in uſu. Atqui affirmant Athleticam in utilitatem iuuentutis et omnium Virtutum excitationem, tū etiā ad tutandam patriam eſse repertam, non ſolum Nobilium, Verum etiam eorum, qui humili de ſtirpe nati ſunt, attamen in hoc nonnihil diſsentire uidentur, ꝙ dubitant, qui primus omnium fuerit eius artis author.

QVIDAM eruditi Athleticam ex influentia astrorum certor, in mentes hominum delabi uolunt, atq; ex Deo eius desiderium fluere, quod quidem non incredibile et mihi uidetur, quandoquidem omnia sunt in ipso, & per ipsum (attestante Apostolo). Sunt autem qui existimant Pollucem, quē Romani coluerunt, autorem certaminis istius fuisse primum, alij uero credunt à Mercurio Athleticam originem traxisse. Sed tamen obscurè ab Autoribus traditur, q̃ob rem ea ab utroq; sit reperta, quem ad usum, item quos prędicti discipulos habuerint, atq; post se reliquerint. In hoc tamen plerioq; Historiographorum consentiunt, atq; affirmant, q; Phorbas, qui celebris fertur fuisse Athleta, eiusq; artis peritissimus, et Thesei Athenar. Regis, Athletici certaminis p̃ceptor. (Athenis igitur longo tempore eam floruisse attestantur, nec non originem inde fluxisse) Primus artis inuentor fuerit. Nam is Phorbas id exercitij genus Regi Theseo multis probabilibus argumentis in utilitatem patriæ tuendę descripsit, tum etiam in usum totius Regni accommodum, ad excitanda hoīm ingenia ad omnes Virtutes, Contra desidiosos, et fortitudinem contemnētes. Quod certe exercitium Theseus intellexit iuuentuti cedere ad omnis generis Virtutes, Cum tempibꝰ pacatis, tum uero magno usui fore rebus bellicis, atq; salutem patrię ex hoc exercitio profluere. Quare ipse Rex pariter cum nobilioribus, qui eius aulam sequebant, Athleticam didicit, et plures, qui id exercitij genus ad patriam defendendam aptum et utile esse cognouerunt, quō essent ad quęuis certamina subeunda habiliores. Ex ea igit̃ ratione tantum Athletica incrementi sumpsit, Vt Theseus aliquot ædes cōstituerit. in quibus iuuentus hac in re exerceretur, non solum Athenis, verū etiam in alijs locis Atticis, non minimis sumptibus. Porrò id exercitium sub Theseo Athenar. Rege decimo institutum est, qui iuxta Vrspergensis supputationem regnauit ante Christum redemptorem nostr. annis. M.CC.XXIIII. Quantā autē diligētiā & opā ueteres in hoc exercitio insumpserit, & qui Viri Nobiles gymnica Certamina didicerint quantis sumptibus, quidq; utilitatis inde fluxerit, in sequentib. ordine demonstrabo.

NATVRA hominum ita constituta est, prę̃cipue autem Iuuentutis, Vt

nunq̃ esse ociosa possit, sed animum ad aliquod negotiu subinde adiungat, quare factum est, cum Athletica iam non solum in Grecia verum etiam in toto terrar. orbe, celebraretur, ut certa loca in Grecia, et maxime in Boeotia ad eam artem exercẽdam destinarentur per cercionem Athletam strenuum, quibus luctæ, Certamina Gymnica, et alia honesta exercitia agerentur, dictiq̃ ij loci sunt palestrę quod nomen et apud nos hodie obtinuerunt. Hos postea imitati sunt Athenienses, Argiuj, Lacedęmonij, Corinthij, & alij populi quamplurimi, quorum, breuitati studens, mentionem hoc loco facere non licet.

POSTQVAM uero in Italiam Athletica translata est Romaniq̃ in primis, sumptibus et impensis ineffabilibus Romani ædes splendidas ad eã artem exercendam construxere, easq̃ amplissimas, quę postea Theatra adpellari ceperunt, quor. Scaurus Consul Romanus unum construxit, trecentis et sexaginta columnis marmoreis mitens, in quo poterant Athletę ducenti inuicem concertare, erat autem id Theatrum in honorem Iouis ædificatum. Inijs igitur Theatris pugnabatur certis temporibus diebus scilicet solennibus, ijsq̃ qui Deor. honoribus addicti erant. Varia autem erant Certamina, Cursus nimirum, luctaq̃, dimicationes pariter pedestres et equestres. ad eas spectandas certę sedes distribuebantur iuxta cuiusuis dignitatẽ spectantium.

POPVLVS Romanus tanto amore, tantaq̃ uoluptate ista certamina prosequutus est, ut ita frequentes in Theatris conuenerint, ut etiamsi ea essent firmissimè coagmentata, aliquando prę multitudine et turba spectantium collapsa sint. Liuius quoq̃ scripsit Fidenis Theatrum corruisse, atq̃ Vicinti milia hominum

oppreſsiſse, qui ſpectandi gratia conuenerant. Cæterum multis in locis hodie Veſtigia collapſor. Theatrorũ uiſuntur in Græcia, Italia, Lombardia, Romę, et Veronæ.

SVPRA commemoratum eſt, Gymnica Certamina à doctis Viris, Regibus, Principibus, atq; gubernacula rerum publicar. ſuſtinentibus in lucem eſse ędita, & ad uſum traducta defendendi regna, Imperia, et cõmunem libertatem, Quò autem iſta felicius procederent, et euentum proſperiorẽ adipiſcerentur, Reges ipsi, Principes, Conſules, Senatoresq; ipſa exercitia, quibus de agimus, didicerunt, atq; curauerunt, ea in uſum iuuentutis produci, exemploq; alijs ſe eſse uoluerunt, ut ij ſe æmularent.

ROMVLVS primus Romanorum Rex, conditor Vrbis, et legislator contra Fidenates tanta pugnandi arte, robore, et uelocitate pugnaſse dicit, (Plutarcho teſte) ut omnes ultra uires humanas certaſse eum faterentur, et in eo prelio maxima pars cędis ſoli Romulo attribueretur.

C. IVLIVS primus Romanor. Imperator ſui Corporis cuſtodib. uſus eſt Germanis, Athleticor. certaminum peritiſsimis, quorum quadringenti numero fuere, is in Campo Martio Romæ aliquando pugilem ſe exhibuit, nec non paulo ante obitum ſuum Athletis, qui Victoriam obtinerent, brabea danda curauit. Idem etiam Auguſtus fecit, nam non modo iſta Certamina Athletica inſtituit, ſed etiam ea pſentia

ſua ornauit, Vtq; rite omnia agerentur, ſumma diligentia mandauit, Quem item Tiberius Imperator Romanorum tertius egregiæ æmulatus eſt, quorum Suetonius Trã-quillus frequenter mentionem facere ſolet.

ROMANIS conſuetudo fuit, multorum teſtimonio, ut Deos ſuos (ue-luti ꝓmiſimus paulo ante) diebus feſtis huiuſmodi Athleticis certaminibus colerent. Menſe Martio quinq; diebus continuis certabatur, in honorem Palladis deę bellicæ, quo-rum tres Athletę pulcherrimis congreſsibus mutuis conſumebant, quo tempore Centu-rio ſelectus erat, qui iuuenes in prędictis certaminibus uariis armis bis ſingulis diebꝫ mane ſcilicet et ueſperi exerceret. In funere Bruti, filij eius Athletis brabea conſti-tuerunt magnifica, prõ quibus certaretur, Marcus nempe et Decius. Item Probus cum Germanos uciſset prælio, atq; de ijs triumphaſset, in honorem Deorꝫ, per quos victoriam obtinuiſsetꝫ, Trecenta paria Athletarꝫ, qui mutuò congrederentur in populi conſpectu, conſtituit.

IDEM feciſse Domitianum ferunt aliquando noctis tempore, Gordi-anus quandoq; quingenta Athletarum paria ordinauit, Quod imitatus Philippus Arabs mille paria eodem Theatro et Spectaculo congredi mandauit. Quarum rei exempla ubiq; etiam apud probatos authores extant, quare iſta hoc loco recitaſse ſatis ſit.

CÆTERVM eo tempore, ubi primum Athletica exerceri cępit, longe

alia Ictuũ, congreſſuum, et aliorum eius artis habituum ratio fuit, nam ab initio ſtatim ea tam artificioſẽ, ut nunc in uſu ſunt, excogitari non poterant, Verum ſuccedẽti tempore in melius ceſſere, Cum Reges, Principes, et Heroes eam artem ipsi cepiſſẽt tractare et exercere, tum optima q̃q eius artis antea incognita, atq; occulta in lucẽ prodierunt: ea itaq; ratione contigit, ut imagines Athletar, habitibus certis in certaminibus mutuis utentium, tabulis inſculperentur, nec non libris inſcriberentur, ut adhuc noſtro ſeculo uidere licet.

ANTIQVOS et Græcos Athletica tantopere delectauit, ut antẽq; in certamina Gymnica deſcenderent omnis generis delicijs, quę corporis uires exhaurirent, abſtinerent, præcipue autem ſibi à Venere cauebant, etiam ab ijs, quę ſpiritus difficultatem redderent, contrà autem carnibus et alijs cibis, qui corpus corroborant, veſcebant. Idcirco ſæpe Medici excellentiores inter ſe diſceptarunt, & Galenus ille peritiſsimus diſputauit, num abſtinentia, uel exercitiũ Athleticum Vitę humanę cõmodius et utilius ſit. et Paulus mentionem eius rei facit in Epiſtola prima ad Corinthios ingens, nonne uidetis, q; qui pro Corona peritura decertant, per omnia ſunt temperantes? Imuens, ut nos, quemadmodum pios Chriſtianos decet, pro Corona æterna et non tantum peritura decertemus. Et hoc loco monẽdi ſumus, ad Athleticam ebrioſos, imodeſtos, et furioſos, ineptos plane eſſe: Contrà uero ſobrios et temperantes, nam ueteres non ex inuidia et odio moti concitatiq; mutuò concertarunt ſed potius amore mutuo, atq; ipſius artis delectatione. Cũ tempus decertandi Athleticè aduenisſet, Athletæ Curribus præcioſis in Theatra uectabantur adhibitis armis, quibus pugnaturi erãt multis honoribus ornati, inſuper præferebantur ijs prabea ſplendide atq; eleganter picta, priusq; uero id adornaretur, publicè affigebatur, quo tempore inituri eſſẽt Athletę certamen, quo eius populus certior redderetur, ſeq; ad id ſpectandum conferret, eum more Terentio Lucano at-

tribuere historiographi uidentur, qui tribus continuis diebus triginta paria Athletar. confligere mutuis certaminibus more Athletico curauit in palestra. Quum igitur in locis consuetis pugiles, atq; ipsor. discipuli conuenissent, ordine sicuti fortes et peritos Athletas decebat, omnis generis arma humi disposuerunt, quod et hodie in usu remã- sit. Post eor. nõia papyro inscripta in urnã iniecta sunt, et qui simul educti essent, duo autem una educebantur sine fraude, ij mutuo congrediebantur, atq; pro brabeo inter se artificiose et more Athletico pugnabant: Quorum alij Herculem, alij Mercu- rium, alij uero Pollucem et Castorem, et alij alios inuocauere, Vt sibi in Gymnicis cer- taminibus contingerent Athletę periti, impolluti, atq; ab omni fraude alieni: quæ certa et manifesta sunt iuditia, q; ueteres magis propter temperatos moderatosq; mo- res, tũ propter ipsam Virtutem concertarint, quam ob alias res acquirendas. Qua- propter Palęstrę concertantium in honorem artis Athleticę, amplis diuitũ aulis & ædibus nec non ambulacris ornatissimè adpingebantur, quiq; obtinuerint Victoriã eleganter descripti: inter quos primas tenuit Neronis libertus, qui palęstras adhi- bitis Athletis Antij, elegantissime depingi curauit.

NEQVE uero Philosophos eruditissimos puduit Athleticam didicisse, exer- cuisse, atq; ea de re uolumina ædidisse, quor. primus existimatur Pythagoras Ath- leta peritissimus fuisse, dicitur enim obtinuisse uictoriã pariter cum suis pugilibus Olympiade XLVIII. Cuiusmodi multi alij fuere Philosophi, quorum hoc loco mẽ- inisse superuacaneum esse uidetur.

CICERO alicubi Athleticam ad cœlum usq; sustulit, cum inqt: omnino

existimo, neminem in numerum Oratorum esse referendum, qui non in omnibus artibꝰ, precipuè etiam iis, que equestrem ordinem decent, sit eruditus: etiam si non in sermone Athletica exerceatur, nec eloquentia percipi possit, attamen in nobis cognoscit, num in ea disciplina simus edocti, nam gestus et habitus corporis, si in ea simus exerciti adiuuant uocem in lætitia et querelis, qua fit ut longe auditoribus simus gratiores, atq; suauiores. Quod certe et Quintilianus affirmat, eos, qui Athleticam artem artificioſe callent, magnopere esse laudandos, et nequaq; esse aspernandos, addit insuper rationes, q; scilicet ij Athletica adiuuentur in eloquentia, motum n. et gestum addere ei uim non exiguam et indecentem. Anacharsis qui Croesi tempore floruit, amo ab Vrbe condita centesimo nonagesimo quarto memorię reliquit, se maxime mirari, q; Greci habeant tam graues et seueros iudices, & nihilominus Athletas, qui inuicem se lędere soliti sunt, tantis honoribus afficeret, ut iis brabea constituerent ædes, palestras, et Theatra construerent, quasi diceret, Grecos seueros esse et graues in puniendis uitijs, interim tamen iuuenes suos ad q̃uis exercitia honesta, et certamina cõis patriæ defendendę gratia, atq; libertatis excitarent. plures sententiæ huiusmodi possent hic allegari, quę Athleticã ornarent, sed eas nunc omitto.

PRIVSQVAM uero de utilitate Athleticę artis dicam, pauca quę dam de dimicationibus pedestribus prędmittenda censeo, quę nimirum Athleticę magnum et minime poenitendum adfert ornamentum. Ioannes Auentinus Vir eruditissimus, libro primo Chronicorũ, quę scripsit de Bauarię origine, attestatur, temporibus Patriarchæ Iacob, in Germania Regem regnasse nomine Gampar, quem nos Germani appellamus Kempfer. i. concertatorem, atq; inde id nomen originem traxisse primam, quod contestantur multi scriptores antiquissimi, ut pote Homerus, Orpheus, Aristippus, Diodorus Siculus, et Strabo. Is igitur Gampar totã

Asiam

. S .

Asiam debellauit exercitu ex Germanis collecto, idq; tanta seueritate et animi grauita-
te, ut res ipsa ipsi nomini proprio responderet, itaq; nomen Kempfer, idest preliator, uel
concertator, et uerbum Kempfen, idest certare, appellationem à Rege Gampar, que uox
Saxonica est, que proxime ad nostram accedit linguam, sortita sunt. merito igitur
affirmare audemus, Vocem Kempfen, qua nos Germani utimur, uocem inquã seuerã
ipsa quidem pronunctiatione à Rege nobilissimo ortam. Qui autem pedestriũ dimica-
tionum primus omnium fuerit peritus ijsq; sit usus, addit Auentinus, Herculem Osiri-
dis Regis Ægyptiorũ filium ex Iside, in Germaniam dimicationũ industriam attulisse
antea nunq; conspectas. Quidam affirmare uidentur longe ante bellum Troianum
dimicationes extitisse illas artificiosas, atq; à Lycaone Principe Arcadiæ exercitas.
Ne autem lector incertus relinquatur, atq; hac in re ambiguus, intelligat Lycaonem
multo post Regem Gampar et Herculem uixisse.

ANNO mundi Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo quarto, ante
natum saluatorem Hercules cum Anthęo congressus est, eumq; lucta singulari super-
auit.

EVSEBIVS affirmat pariter attestante in Chronicis Abbate Vrspringen-
si, q; Athletes Rex Corinthior, primus, ante Christum natum anno. M.LXXXVIII.
tanta industria animi et uirium robore usus sit, ut Athletica et dimicationibus reo-
num sibi uindicarit, atq; idem annos triginta quinq; felicissime oubernarit.

PYRECHMES Degmenũ Etheũ, singulari certamine uicisse fertur, necnon Pitacus Mytileneus Ducem Athenienſium Phrynonem, Et Hector Troianus cũ Aiace bello Troiano dimicauit, victoriamq; obtinuit. Necnon Alexander Magnus ſingulari certamine Porũ Regem ſuperauit non abſq; Athleticę magna induſtria.

SIMILI ratione et Dauid Prophęta Regius magnanimum gigantẽ Goliath longe uiribus impar proſtrauit. Nec Anthenor contra Thurnũm decernens ſine ſingulari ingenij induſtria obtinere victoriam potuit. Et poſtquam Albani ſuum Impiũ defendentes, gloriamq; priſtinam retinere tentantes commiſiſſent omnem Imperij fortunam tribus fratribus Curiatijs, qui in conſpectu utriuſq; exercitus cum Horatijs itidẽ tribus fratribus Romanis dimicare iuſſi, Curiatij cecidere, deuicti ab Horatijs Athleticę experientia, et hac ratione totum Latium Romanis ceſsit. Quid ſi dicam de Coruino Valerio, qui Gallum ſingulari monomachia uicit? Tum etiam Manlius Torquatus Gallum procera ſtatura atq; ingenti uirium robore occidit detracta eius Torque, quam collo ſuo cruentam poſthac impoſuit, Vnde magnam et ſibi et populo Romano gloriam peperit.

SCRIPTORES antiqui nobis produnt multas et laudabiles dimicationes Halæ Sueuor, atq; Herbipoli Franconiæ eſse olim exercitas, et de ijs iuſta eſse Iuditia facta. Pari conditione Altheimerij, contra Theobaldum Giſs, anno M.CCC.LXX. dimicatione Equeſtri pugnauit Monaci Yſaræ, et victoriã obtinuit. Pariter et Theodoricus Hachſenacker pugnauit aduerſus Wigleũ Marſchalcum Auguſtę Vindelicorum, anno. M.CCCC.IX. in foro Vinario, induti-

tantum induſijs lineis utercꝫ, pedestre certamen ineuntes, in quo Marſchalchius cõ aduerſarium uictoriam adeptus eſt, Iſta quocꝫ certamina in Iure Ciuili ſuas leges habẽt et ſtatuta, tum etiam hodie in annalibus multarum Ciuitatum reperiuntur eorum ordinationes, quem admodum exerceri debeant, deſcripta.

SI uelimus huius artis et exercitij honeſtiſsimi commoda, et dignitatem animo recte perpendere, multa et uaria teſtimonia eorum atꝫ exempla nobis ubiꝫ occurrent. Vnde .n. milites habiles ad q̃uis certamina ſubeunda, et ſtrenui prodeunt, niſi ab ipſa Athletica edocti? Quis autem in neceſsitatibus iſtarum rerum pulcherrimum ordiné ſeruare poteſt, niſi is ipſe, cui ingenua uirtus et fortitudo, tum Athleticę ſtudium ſint inſita? ij deniꝫ animi ſui conſtantia ea promouere cupiunt. Tum uero ij erunt, qui alios ſua uirtute, integritateꝫ prȩcellentes inſtruere poterunt. Quandoquidem autem Viri eius modi fortes & ſtrenui ſuis uirtutibus ſibi palȩſtras acquiſiuerint à Regibus, Principibus, et rerum publicarum adminiſtratoribus placide atꝫ beneuolè conceſsas, imo ij etiam Athletis ea loca ultro obtulerint, facile inde colligere poſsumꝰ, q̃ ij ipſi huius artis diſcendę gratia ſeſe diſcipulos exhibuerint, eamꝫ poſtea exercuerit. Cum igitur multi in Ciuitatibus, tantum abeſt, ut dicam regnis reperti fuerint ad patriam tuendam propenſi uarijs uirtutibus prȩditi, quę ex hoc honeſtiſsimo exercitio profluere uidentur, certo ſequi neceſse eſt, etiam ſi ea regna, principatus, Vrbesꝫ moenium propugnaculis et tutela non admodum munita eſse uiſa ſint, tamen ſtrenuis et fortibus uiris inhabitata cum fuerint longe munitiora apparuerunt, quam ſi uallis foſsisꝫ profundis ſiuſsent circundata: quod quidem mox in ſequentibus declarabit. Virtus Grȩcorꝫ et prȩcipue Lacedȩmoniorum, Spartęꝫ Ciuium ex multis ſcriptoribus cognita eſt, tum autem uel maxime in bello Troiano apparuit. Multa prȩclara facta ipſorꝫ Plutarchus alicubi cõmemorat, et ait, Conſuetudinem eam Lacedȩmonios habuiſse, contra hoſtes egreſsos, reoem ipſorum ſemper in prima acie conſtitiſse, et hoſte

primum animo forti fuisse adgressum, et addit, quod Coronam uel brabeum quod Rex in palestra ex victoria esset adeptus, quispiam ex uiris eius strenuissimis decenter prę- tulerit in ipsius Regis conspectu. Quod erat certum inditium uirtutum regiarꝝ, tum etiam qꝫ essent reges uiris fortibus in bellis stipati. Quapropter ipsorum ingenia excita- bantur ad Athleticam omni uirtute strenuèq; subeundam, acriterq; pugnabant, quo co- ronam huiusmodi uel brabeum inde auferrent, et alijs digniores haberentur, proximeq; Regem in prelium contra hostem procedentem consistere liceret, fossis, uallis, cęterisq; urbiũ munitionibus uirtutem suam anteponere maluerunt, quod ex hoc liquet dicto: Agis secũdꝫ Lacedęmoniorꝫ Rex cum Corinthiorum muros aliquando pręteriret, illosq; altos, & uallis munitos atq; in multum spatium protensos cõspiceret, quę nam, inquit, sunt hũc locum habitantes mulieres? innuens fortes uiros his munitionibus minime egêrę, sed potius opus esse uirtute. Is igitur Agis fertur quinquaginta annos felicissimę regnasse, et regnum stabile posteris reliquisse. Cæterum Agesilaus Spartanorꝫ rex, cuidam per- contanti, quam ob causam Sparta non cingeretur mœnibus et uallis, quo munitior esset aduersus hostem, ostendit Ciues armatos, hi, inquiens, sunt Spartanę Ciuitatis mœnia, significans respublicas nullo munimento tutiores esse quam uirtute ciuium: atq; is an- nis quadraginta quatuor felicissimè regnum obtinuit,

TESTATVR Herodotus libro septimo, qꝫ Xerxes Persarũ et Medorum Rex instinctu suasuq; cuiusdam Gręci Demarathi exulis, contra Gręcos infinitum exerci- tum equestrem, atq; ingentes et inauditas copias pedestres duxerit, quibus terra mariq; bellum inferret. Atq; Rex cum regiones Gręciæ iuxta Thermopylarum angustias cũ exercitu numerosissimo ad prehendisset, fortissimos quosq; sui exercitus duces prepara- bat ad eas angustias quãsi aditum in Gręciã primum occupandas. Verum Gręci eum locum prius Ciuibus Spartanis tercentis munierant, qui more suo antiquo reqe suũ Leonidem sibi adiunxerant, cupide magnoq; cum desiderio, hostis aduentum ex- pectantes, ut eum aditu arcerent: Pariter autem magnam excubiarum curam.

agentes adhibitis interim militaribus exercitijs, ne inopinantes ab hoste opprimeret. Cum autem Perse ad angustias supra cõmemoratas peruenissent, presidiũ Grecor. tanta uirtute illis restitit, ut ois hostiũ impetus, atq; oppugnationes frustra assũpta uiderentur, quin etiam eo ipso plio, hostium Viginti milia cecidere inter quos duo reges, principes tres, et nobilium optimi quiq; occubuerunt. Postquã Xerxes calamitatem istam animaduertisset, O magne Iuppiter, inqt, quanta de spe decidi, quantumq; sum deceptus, q; tantum exercitum, sed ferè imbellem mecum adduxerim, atq; tam procul in terras alienas: significans, Victoriam non in quantitate exercitus cõsistere, et ab ea pendere, uerum ex militum uirtute profluere. tantam insuper iactura Rex militum suor. in loco predicto fecit, et tantum diminutus est, ut sepius eũ suscepti cõtra Grecos belli poenituerit, necnon crebrò Xerxem ingemuisse ferunt tanta calamitate motum, Neq; uero Thermopylas unq; occupare potuit omni exercitu admoto, donec animum ad proditionem adiceret. Pastor. n. quispiam, quem pecunia corrupat atq; promissionibus induxerat, occultum callem per rupes alijs ignotũ móstrauit, per eum strenui Spartani undiq; à fronte et tergo circumuenti ab hostibus, postq; à Rege atq; à se inuicem diuelli acerrime dimicantes non potuissent, occumbere maluerunt, quam turpiter terga dare. Cum igitur angustie essent ab hostibus superate, et Rex quibusdam cum Ducibus sui exercitus ad locum ubi clades tanta facta esset, peruenisset, Spartanos tante uirtutis Viros uidere cupiens, omnes pronos, et minime supinos deiectos repit uentribus nimirũ recumbentes, atq; aduersis uulneribus mirum in modum saucios, et confossos, misere itaq; concisos Xerxes cũ uidisset, et si hostes fuerant, tamen ipsorum Virtutem collaudauit, dicens, beatissimã eã terram esse, que tantos Viros procrearet, et eos quidem quamplurimos. Percontati deinde, que nã exercitia haberent, responsum est, eos numq; esse ociosos, sed semper olympia agere, et certamina Gymnica, eaq; equestria inire. Cæterum cum rursus interrogasset quodnã illis premium esset propositum, propter quod certarent, oleaginam coronam Arcades inquiunt, ibi Rex ad Duces suos conuersus, inquit, Papæ Mardoni (alij hñt Demarathe) in quos Viros induxisti nos ad pugnandum, qui non pecuniar. agitent certamen, sed Virtutis? Neq; fere unq; contra eos pugnauit, quin acerrimè Grecorũ Virtute pelleretur: atq; post multa prelia comissa cũ inopti

sui exercitus detrimento demum turpissime fuga salutem quærere coactus est. Huius rei exempla plurima et apud Græcos et Romanos, historiographi nobis demonstrant.

ET *si præfationi epilogum nunc addere constitueram, intermittere tamen pugilū gratia nequeo, quin declarem contra inuidos Zoilos, Athletarum temperantiā, qui Zoili magnū discrimen esse inter antiquos et recentiores Athletas affirmant.*

CORNELIVS *Tacitus ex Antiquis, et Ioannes Auentinus ex neotericis, meo quidem iuditio Germanorum antiquissimorum, atq; Romanor. ingenū inclinationem et exercitia diligentissime descripsisse mihi uidentur, in quibus uerissime cognoscitur, q. ueteres Germani in disciplinis militaribus et exercitijs Athleticis fuerint educti.*

NVLLAS *Vineas plantarunt, neq; ad se Vina aduehi aliunde passi sunt, uestitu usi non fluitante sicut Sarmatæ et Parthi, sed stricta et singulos artus constringente, Nullos mercatores ad se cōmerare, ne importarent ea, quę ad effeminandos animos pertinerent, Arma ipsor. fuere enses, secures letales, pugionesq;, ab initio Galeis caruerunt et Casside, Verum usi sunt Clypeis, peltis, et scutis, quibus hosti*

obiectis latere tuti poterant, ea autem coloribus Varijs condecorabant, Vnde imagines Nobilium originem ducunt. Item telis ad eiaculandum aptis, tũ etiã hastilibꝫ ferro acuto. Verum adolescentes nullo ense accingi audebãt, nisi uicinus quispiã testimonium perhibuisset eum esse strenuũ, et ad arma gerenda habilem, utq; idoneum, ea igitur testimonia, ij. qui gerere ensem uolebant, in conuentu, atq; Comitijs, quę agebantur, exhibere coràm cogebantur, et tum si adprobassent principes cõcentꝫ, in ipso concilio uel principũ aliqs, uel pater, uel propinquus scuto, frameaq; iuuenẽ ornabant, atq; eam rem feliciter euenire exoptabant, et tum primum nomen sortiebãt, ut nominarentur approbati milites. In bello atq; plijs ea consuetudine usi sunt, ut secum Vxores liberosq; educerent etiamsi essent in cunabulis, eæ maritis cibos et hortamina pugnantibus gestabant, oleo uulnera mitigabant, obligabant, atq; sanabãt; nec illę numerare aut exugere plagas Vllo modo horrebant, quantumuis essent maritali uinculo coniugatę, Imo ob uirtutem eos laudabant. Et cum ferro in plijs decernerent cum hostibus, uxores et liberi non longe à conflictu aberant, ut cum mariti liberos suos paruulos et uagientes plorantes audirent, Vxores adhortabantur maritos, ut fortiter et strenuè aduersus hostem, non tantum patrię tuendę causa, uerum etiam sua, liberorumq; pugnarent, et ne unq; committerent, ut in fugam ab hostibus uerterentur: Quod quidem, Tacito teste, ipsis sępissimè magnę utilitati fuit, atq; ijs exhortationibus moti victoriã non raro obtinuêrẽ.

INDE etiam obseruatum est, ut nullus eorum Vxorem ducere fuerit ausꝰ, nisi ætate aliquantum esset proiecta: idem et Virgines seruare cogebant, quod certe eò cessit, ut fortes et proceri homines nascerentur, ut Leones à Leonibus, ab Aquilis Aglę, non imbelles columbę. Quando autem matrimonia essent cõtracta, Virgo nullam aliam ad sponsum dotem afferebat, quam ensem, ea re significãs, ut maritus se, liberos, atq; patriam eo tueretur. Pari ratione et maritus quędã

Sponſę offerebat, non diuitias, neq; ueſtes precioſas, quibus noua nupta comaret, ſed binas boues et taurum eodem iugo iunctos, item equum frenatum, ſcutum, cum framea, atq; gladio, in hęc munera uxor accipiebatur, et hęc erant ſponſalia, nuptiæ, et ānuli. Propinqui inſuper prędictas dotes mutuo conſpiciebant, et ſi probatas cognouiſsent, matrimonium feliciter euenire ijs optabant, et partus felices, poſt autem curabant ut quàm primum coniūgerentur thalamo. itaq; mulier, ne ſe extra uirtutū cogitationes extraq; bellor, caſus putet, ipſis incipientis matrimonij auſpicijs admonetur, venire ſe laborū, periculorumq; ſociam, idem in pace, idē in ꝑlio paſsurā auſuramq; nec unq; uelle diſtrahi, ſed potius oīa pari ſorte periclitari atq; fortunam in cunctis malis ſuſtinere, quod quidem equus ſellatus deſignabat et iuncti boues. Inſuper arma Mariti ſcilicet dotes poſt obitum ipſius, vxor cogebatur reſeruare, ut poſteris parentis ſui dotes, quas vxori attuliſset, itidem dari poſsēt.

DIEBVS ſolennibus his exercitijs dediti erant cū ſeniores cōueniſsent, oportebat iuniores ſuper ſtrictis enſibus choros ducere lætos, et qui cęteros ea in re ꝑcelleret, is palmam auferebat, Etiam id Germanis in uſu erat, ſi quis hoſtē, qui fuerat nobili ſtirpe progenitus, in bello monomachia ſuperaſset et eius caput precidiſset, Craniū auro uel argento iuxta cuiuſq; facultates occuparet, atq; diebꝰ feſtis ex ijs poculis biberet, neq; uero ullos homines, prēter liberos ex ijs bibere admittebat, aut ſi quis teſtimonia haberet ſe eſse habilem ad arma gerenda, & in bello unum atq; alterū ex hoſtibus ſuperaſset. His igitur exercitijs, conſuetudine, atq; virtute uſi, prope omnes terras, utpote Hiſpanias, Gallias, Italiam, Greciam, Aſiam, et Aphricam peragrarunt, debellarunt, inhabitarunt, et Vrbes munitiſsimas in ijs terris condidere. Romanos multis annis uirtute anteceſserūt, In multis locis cum ijs conflixerunt, quibus prelijs iam uictoriā contra hoſtes

obtinebant, iam uero uincebant. Tandem uero Germania pulsi, dispergebantur ad id usq; tempus donec Iulius primus Romanor. Imperator, Gallos, qui tunc temporis teste Auentino erant Germani, septennali bello continuo persequutus in suã potestatem redegit, et Rheni tractum Romani Imperij terminum constituit. Ferũt itidem Amazonas originem suã à Germanis duxisse, quę turmatim in Scythiã irruentes, sua virtute bellica eã occupauerunt, inhabitaruntq; multis annis, tũ etiam ex ea egressæ alias terras bello persequutę sunt. Testantur historiographi Amazones in bello Troiano contra Grecos sub Regina Pentesilea acerrimè pugnasse certamine equestri simul et pedestri. Et hęc fuere, quę mihi scribenda constitui de origine, legibus, et consuetudinibus Germanorũ, quas ipsis Tuiscon Nohę nepos, atq; Hermannus Germaniæ Reges tradiderunt. Ex his omnibus (optime lector) colligere poteris, quãtam, ipsorũ uirtus, et exercitia Gymnica necnon eq̃stria, gloriam atq; libertatem pepererint: Et si ista tam honesta exercitia adhuc nostro sęculo pullularent, in flore essent, pluriſq; estimarentur, uitijs, q̃ in uirtutũ locum successere, ut sunt, auaritia, aleæ, potationes, Gula, ignauia, bonarum artium contemptus, læuitas animi, et multis huiusmodi è medio sublatis, quantã gloriam quantas denicq; Germani utilitates inde sibi parere hodierno die possent? Omnis generis uitia adeò in aulis Principum, oppidis et uicis inualuerunt, ut iam prope pro cõsuetudine et lege seruentur.

ANTIQVISSIMI antecessores nostri nullos mercatores ad se. (ut supra cõmemoratum est) mercium mutandarum gracia cõmeare sunt passi, uel qui sibi uestes p̃ciosas uenditarent: Multo minus eas per suos uestiarios fieri, et ijs induerentur permiserunt, Namq; eos puduisset, repudiata sua consuetudine, et moribus, peregrinam ut assumerent. Spartani quum quispiam ex suis militibus, habitum suum nonnihil mutasset, atq; scutum purpura exornasset, cum trucidauere, tantum ab alieno fastu et Luxu animi eorum abhorruerunt. Carolus eius

nominis primus, Magnus a Virtute dictus, qui primus ex Germanis Imperium Romanum est adeptus, subinde antiquor. Germanorú uestitu usus est, et alieno nunq̃, excepto, q̃ in gratiam papę ter dumtaxat longo pallio Italorum ritu, & latis crepidis indutus est, cuius facti pòst ut historici affirmant eum sępissime pœnituit. Et cum bello Italico eius principes et nobiles sibi comparassent p̃cios̃as pelles tunicis suis subducendas, fimbrias, et alias vestes peregrinas, ijsq̃ die quodã solenni induti in conspectú Imperatoris uenissent, exclamans omni exercitu p̃sẽte dixit, O Sueui et Franci unde proditis, quę hęc subita uestra mutatio? ridens ipsorum habitum peregrinum, et addit, nonne cor. uestibus induti estis quos strenue superastis et coegistis, ut sub uestro iugo seruire, atq̃ uobis subditos esse necesse est? an etiam animos uestros generosos mutare statuistis? Quę (malum) isthęc est dementia, uultis ne nomen uestr. p̃clarum, quod alijs gentibus hactenus fuit formidabile atq̃ tremendum, ista uestium molitię perpetua ignominia polluere? quęso tandem uestitum uestrum respicite, eiusq̃ rationem habete, qui uos nulla ex parte honestè in reddendo naturę opę contegit. Quid argentum et aurú dilapidatis? an propterea, ut patres uestros pecunia spolietis? an non in posterum libertatem uestram tueri cupitis, sed potius Sclauos ut hostes uestri, quor. uestitu utimini uos exhibere? Eos igitur principes nobilesq̃ data opera ad Venationes secum eduxit diebus ęstiuis, et Brumæ temporibus ueste peregrina indutos, atq̃ per arbusta et frutices arctissimos transire, Imperatorem suum sequentes, reuersos autem ad ignem sedere coegit, quo citius eæ uestes arbor. spinis, et ignis uicinitate consumerentur. Vestis autem ipsius Imperatoris, erant pelles lupinę, quæ non tam citò perirent, ea re significare uoluit, q̃ prętiosas quidem Vestes cõparauerit magno, at inutiles. Porro Imperatoris tantam authoritatẽ sibi apud oẽs exteros grauitate mor., et animo constanti conciliauit, ut cunctarú gentium Regibus eius seueritas esset terrori. Reges Asię, Persię, et Aphricæ legatos suos ad Carolum miserunt Magnum, quo de agimus, regia munera offerentes, tantumq̃ impetrauit ab ijs, vt Rex Ægyptiorum Hierosolimam adhibito Christi redemptoris busto, remotis gentibus, Christum negantibus in potestatem Christianorum concesserit, atq̃ adeo ipsis donauit, hac conditione, ut in amicitiam Imperatoris reciperętur. Quú

uero legatos peregrinos audiret semper accinctus erat ense Imperatorio, qui erat auro exornatus, aureo item cingulo dependens eqtú auratorum more, manu nodo ensis superimposita, et ex ea forma ipsius apparuit uirtus. Nunc autem si uestitus noster cum antiquorum conferatur longe alia ratio apparebit, Veteres suo tantum, quem à maioribus acceperant utebantur, si autem apud nos qspiã uestitum antea numq̃ conspectum licet, in lucem dederit, longe maioré gratiã sibi apud omnes conciliabit, et quo qsq̃ magis peregrinarum uestium est studiosus, eo acceptior esse uidetur. Cęterú quanta inter antiquos Germanos et neotericos differentia, quantumq̃ moribus differant, satis apparet, si nostrę ingurgitationes comparentur antiquorum temperantiæ, si coniugia, si denicq̃ exercitia uidebimus nos longè ab illorum legibus receßisse, et longe maioribus nostris rebus omnib. esse inferiores. Nam maiores nostri cum conuiuia celebrarent, uirtutes et egregia suorum maiorum facta commemorabant, quas iuuentus accumbens cum percepisset, æmulari eas studere cępit sũmo studio, delectati itaq̃ harum exercitio, magno desiderio excellere postea in ijs, et suis æqualibus p̃stare conabantur, Vnde contigit, ut spretis aleis, potationibus, uenere, et in uestibus luxu, soli Athleticę incubuerit. Plutarchus in Apophtegmatis scripsit, Antigonum Regem aliquando Menedemum Philosophum interrogasse, deberet ne ad commessationem quandã adire, eum post multum silentium nihil aliud respondisse, quam ut recordaretur regis filium se esse, subindicans luxum indecor, esse regibus, aut potentibus licere quod libet. Simili ratione Alexander Magnus à patre obiurgatus est. Philippus.n. quũ audisset filium suũ quodam in loco egregie potasse, et post scite cecinisse, ciuiliter eum obiurgauit, dicens, Non te tui pudet, qui noris tam belle canere? significans alias artes esse rege digniores. et rursus, an putas his te exercitijs puerilibus regnum post obitũ meum obtenturũ? uel huiusmodi exempla tibi uicini tui Athenienses, Corinthij, Argiuj, et Corcyrei exhibent? animum ad Virtutes et exercitia honestiora appellas, quę ad ædificationem regni tui faciunt, quibusq̃ gloriã tibi et salutem comparare poteris. Qua obiurgatione Alexander tantum motus, ut posthac

Athleticis certaminibus deditus in palęstra fortiter pugnans ſępe victoriam obtinuerit. atq; eò deuenit, ut prope totum terrarum orbem duodecim annis in ſuâ poteſtatem receperit.

HENRICVS *primus eius nominis, Romanorum Imperator, cum uideret gloriam Germanorum eſse collapſam, nullaq; certaminum exercitia exiſtere, equeſtres concurſus, quos nos Torneamenta uocamus, Anno 938. inſtituit, pariter cum ſuis principibus atq; alijs heroibus, qui aulam ſuâ ſequebantur., quo antiqua Germanorum gloria, quam ſibi pepererant in palęſtris, gymnicis et equeſtribus pugnis, retineretur. Fecit aũt duodecim articulos, qui in p̃dictis certaminibus ſeruarentur, ea cõditione, ut ſi quiſpiam principum, Comitũ, atq; Nobilium eos fuiſset tranſgreſsus equeſtrem hunc concurſum, id eſt Torneameta exercere non auderet. Si quis autem eos egreſsus nihilominus certamen miſſet, in conſpectũ principum, atq; omnium, qui ſpectandi gratia acceſſerant, ſupra ſepta ponebatur equo, et armis ſpoliatus, atq; per pręconem publicè tanquam ſceleroſus promulgabatur. Vnde aulici hanc contumeliam ueriti, abſtinebãt à uitijs et uirtuti ſtudebant. Sunt autem illi duodecim articuli magna Imperatoris imperijq; totius principum grauitate compoſiti et recitati. Primum*

.1. *ipſe Cęſar retulit, erat aũt is, ne quis fidem Catholicam et Trinitatem blaſphemet, uel Chriſti Eccleſiam dep̃det.*

.2. *2. Comes Palatinus, neq; Cęſaris*

.3. *edictum aſpernetur temere. Dux Sueuię. Nequis coniugem alterius uel*

.4. *virginem vitiet. Dux Bauarię. Periuri hoc certaminis genus non exerceãt.*

.5. *Dux Francię: qui dominum ſuum prodiderit, eumue deſeruerit, extollatur.*

.6. *Sequuntur nunc et aliorum heroum ſtatuta ad Torneamenta pertinentia. Qui*

.7. *eiuſdem lecti conſortẽ interfeciſset, uel interficiendum mandaſset. Qui templa,*

.8. *viduas, et orbos ſpoliaſset. Qui aliquem dep̃datus fuiſset, uel incendijs iniuſtè*

9 *perſequutus, contra ius bellicum. Qui innouationem leoum Impialiũ induxiſſet,*

eaq;

.11.

.10. cacꝫ effeciſset, ut Vię Regię non tutæ eſsent. Item qui ſuiipſius coniugij uel alioꝝ
.11. diſturbator fuerit. Qui familia nobili pro genitus mercatorem et fęneratorem egiſset
potius, quam ut ſuis annuis redditibus et ſtipendijs Principum ſe ſuſtentaſset.
.12. Qui deniq; originem nobilitatis non duxiſset à tritauis, paternis, atq; adeò ma-
ternis. His igitur Vitijs qui erant contaminati, ludis Torneamentorum arceba-
tur, neq; unq; admittebantur. His ludis aderant (quorum primus Magdeburgi
Saxonię, anno 938. Vltimus Wormatię, anno 1487. actus eſt, eorꝫ fuere
numero 36.) potentiores Principiſsę, Comitiſsę, Baronumq; ſtirpe progenitæ,
maritatę, ſimul etiam uirgines, tum etiam quę maritis erant orbatę, Caſsides
et dimicantium arma ſimul cum arbitris ad eam rem delectis probantes, atq;
uictoribus prabea diſtribuerent, eos ſumis laudibus efferentes, necnon poſt
finitis certaminibus in Choris ducendis cũ uictoribus alios precedebant primas-
q; habebant, Atq; hęc omnia ad retinendam gloriam priſtinã ſunt excogitata.

IVRISPERITI legibus cautum eſse affirmant, Vetitis omnibus
alijs exercitijs et ludis, conceſsam eſse ſolã Athleticam, utpote quę faceret ad
excitationem, cruditionemq; pugnarꝫ equeſtrium. Sed mirum in modum natura
humana conſtituta eſt, ut ſemper in uetitum mtamur, atq; negata cupiamus, quę
ad nullas uirtutes nos excitent. et eo res tandem redijt, ut nullę uirtutes in precio
habeantur, ut eſt uidere temporibus bellicis et tranquillis.

VERVM alię multę et inauditę artes in ſingulos dies effinguntur. Quid
dicam de Tormentis nuper repertis quibus noſtri Principes uel maxime noſtro ſeculo
utuntur? quibus optimi quiq; et fortiſsimi milites tranſuerberantur, et ipſorũ uirtus

nequiquá ijs prodeſt quibusq; lucis uſura eximprouiſo fraude clandeſtina eripit uel ſtrenuiſsimis, qui ſua uirtute ſe egregie tueri potuiſsent, et gloriam æternam ſibi comparare. Archidamus cum uidiſset iaculum catapulta mittendum id tempis primú ex Sicilia aduectum, exclamans inquit, Hercules Viri Virtus periit: ſignificans, quoties inſtrumentis bellum geritur, quę miſso telo ſæpe procul feriunt, minimú intereſse inter fortem Virum et ignauú, Verum ubi cominus res geratur apparere, qui Viri ſint, et qui non. Socrates interrogatus aliquando à Spartanis, ubinam fortiſsimi et integerrimi eſsent milites, ad Troiam fuiſse reſpõdit, inuens, q; bello Troiano bellica exercitia, et omnis generis certamina floruiſsẽt, et fortiſsimos quosq; Græcor, fortiter pugnando cecidiſse, atq; tantę uirtutis exiguam ſpeciem adhuc ſuperſtitem eſse, ita ut nunc noſtro æuo extá ampliſsio dimicationum genere et laudabili fraternitas, ut uocant, Sancti Marci reliqua ſit, quam Illuſtriſsimus Romanorum Imperator Fridericus eius nominis tercius, pôſt Maximilianus, inſuper et Carolus quintus inuictiſsimus domus Auſtriacę domini, atq; inde progeniem ducentes, priuilegijs honeſtiſsimis donarunt, ea ratione tantum, ut ad Athleticam ingenuos excitarent. Quare ſingulis núdinis Francfordienſibus, quę autumno ſunt ſollennes, Athletę, quos enſis lõgiores magiſtros Germani appellant, tum etiam Athleticę ſtudioſi, qui creari magiſtri cupiunt, conuenire ſolent, atq; pariter ibidem in arte (ut uocant) aurea et ferrea, idest qui pro auro, ferro decernere audentes conſueuerunt. Athleticam uirtutem exercent, inde ij ſi cor, exercitium Athleticum electis ad eam rem magiſtris approbatur, qui magiſtri promoueri adpetunt, Coronam impetrarint, iureiurando prius dato, ſe leges et ſtatuta, quę ſibi eſsent ꝑlecta, accurate ſeruaturos, ijs licet publice in tota Germania, quantum Romanum Imperiú extẽdit Scholas Athleticas aperire, aliosq; eá artem iuxta conſuetudinem et ritú Athleticum docere. Porro Athletica duas ob cauſas uilipendit, Primo, q; aleatores, Vinoſi, fęneratores, tum etiam amatores in Principum aulis uerſantes, nec non Vrbibus pręcipuis agentes plurimi ab uniuerſis æſtimantur, eo fit ut hoc tam ſpendidum exercitium nuſq; locum habeat, Verum hinc inde ceu ſpectaculum ocioſum pellatur. Altera ratio hęc eſt. Sunt quidam eius artis magiſtri iureiurando confirmati, rituq; ſolenni, tú etiam ij q cú gradum non aſsumpſerunt, quos

liberos Athletas uulgo appellant, adeo īmodesti, imperiti, atq; adeo ad omnis generis uitia propensi, in ijsq; plane submersi, ut in palęstris omnē potius inuidiā ostentātes quam Athleticam exerceant, hinc fieri solet, ut in palęstris magistri ætate et artis industria prouecti iunioribus sint quasi ludibrio, q; discipulis nimium indulgeāt, atq; uinū auidius quàm decet, ingurgitent. Quo circa frequenter euenit, ut inter eos iurgia, odiū, discordia, et iræ nascantur, molesti etiam ipsi magistratui, deniq; isthęc īmodestia Athletar; quorundam ipsi arti cōtemptū parit, quod certe magis ad artis Athleticę eradicationem quā excitationem facit, neq; uero ista uitia commemorata respublicas exornant. Quare, teste Plutarcho in Apophtegmatis Charillus interrogāti cuidam, quam arbitraretur optimā rempublicam, In qua, inquit, plurimi ciues de uirtute decertant citra seditionem. In plerisq; Ciuitatibus certamen est de opibus, et honoribus, de uirtute qui certent penè nulli: qui uera uirtute prędituś est, nihil spectat, nisi ut prosit reipublicę. Propterea Lacedemonior; statuæ omnes ponebantur armatę, ea re significantes dijs gratam esse fortitudinem, inuisam uero ignauiam, simulq; iuuentutem armis ferendis debere assuescere, quo simul et minus indulgerent delitijs, atq; habiliores bello euaderent. Sunt aūt quidam uoluptuarij nihilominus citra Athleticā respub. posse gubernari affirmantes, eā.n. efficere iuuentutem temerariā, et plus audacia feruere. Ijs hoc modo respondeo, plurimos esse, qui ob eam tantū causam Athleticam discunt, ut temere et fraudulenter alios lędere possint, et culpa eius rei minime in ipsam artem retorq̄nda est. In Italia gladiatores aliquando multa loca esse depopulatos, Ciues deprędatos, et ea ratione in Italia seuisse, ut Romanor; optimi milites sub (os. contra eos magno cum exercitu proficisci cogerentur. huiusmodi igitur gladiatores, qui eam ob rem artem discunt, ut more belluar; sęuiāt nulla adhibita ratione, indigni sunt, ut Athlętę uocētur, sed potius latrones, qui cōcertēt cū Leonibus, Vrsis, Leopardis, atq; trucibus Vris, deniq; condemnatis sceleribus, ut moris Romæ aliq̄n erat. Quicunq; gladiatoriam discere cupiunt, non deterreantur ociosorū hīm uerbis friuolis, ut supra cōmemoratum est, nam Theologi, Iurisperiti, Medici si suas facultates optime norint et calleant, attamen si animus ipsorum minus sit integer atq; syncerus, obesse potius quam prodesse proximo cupient. ista autem omnia quibus bonas artes, et honesta exercitia mali contamināt ab hominib. ociosis, ignauis, et uoluptuarijs, qui uentri dumtaxat sunt dediti, atq; in (astra Epicuri sese cōiecerūt,

denig non curantes rebuspublicis animo forti et integro prẽesse, profluere uident. Eos igitur iudico in Vtopia natos. Finxerunt anteceſsores noſtri Vtopia terrã eſse optimã, oĩb. diuitijs refertã nomine excogitato, in qua deſides, imperiti, ſomnolenti, atq; alijs huiuſmodi vitijs obnoxij magnas diuitias acquirant; ut deterreret (id autẽ) iuuẽes ab ignauia. Cẽterum, ſicuti illi quidem ex hoc figmento ſenſum contrariũ intelligi uoluere, nimirũ ut ocioſi ignauiq; adoleſcentes ad uirtutẽ atq; labores prouocarent, ita p̃dicti Athlete furibundi rer. publicar. Vtopiẽ gubernacula ſuſtinere debebãt.

OMNIVM uirtutũ et integritatis exemplа ex hiſtoricis ſatis apparẽt, quẽ abundè declarant omnes terras, omnes denig gentes, et Ciuitates animi integritate, uirtute, et ſtrenuitate conſeruari, contrà autem ignauia omnia collabi. Regnũ Aſsyriorũ, quod fuit omnium primum à rege Nino originem traxit, atq; per trigita ſex Reges feliciter amis 1240. gubernatum. Verum capeſsente regnum Sardanapalo Rege Aſsyriorũ ultimo, collapſum eſt. Nam Veneri et uoluptatibus plus operam dedit, quàm ut ſui Imperij curam ſuſciperet: in tantum uitijs ĩmerſus, ut omnis generis uirtutes reſpueret, et contemptui eſsent. Inde contigit ut eius aulici, qui erãt Regi à Conſilijs omnes ab eo deficerent, et ſubditi eum ſummo odio proſequerent, nec ullis rebus obſequerẽtur, in partes diſſecti conſpirantes, Regem tandem regno pepulerunt. Itaq; regnum Aſsyriorũ ignauia Sardanapali concidit. Is autem cũ regia exercitia agere debebat, frequenter in Gynecẽo inuentus eſt inter mulierculas penſũ trahens, ante obitum fieri ſibi monumentum, et ſtatuã curauit, cui epitaphium Aſsyrijs lr̃is huiuſmodi inſcribi iuſsit, Sardanapale Anacydaraxis fili, ede, bibe, lude, & cũ te mortalẽ noris, preſentibus exple animum, poſt mortem nulla uoluptas. Vnde ſtudioſus lector facilimè cognoſcere poterit, quantũ fortes, uirtutisq; ſtudioſi, et ignaui differant in rerũ publicar. gubernaculis ſuſtinendis. Xerxes Perſarum Rex poſtq; Babylonem, quẽ defecerat, in ſuam poteſtatem recipiſset, animo uoluens, qua nam ratione tantam, tamq; potentem Vrbem poſſet obtinere, ne denuò deſciſceret, precepit oĩb. eius Vrbis Ciiibus, ut eſsent inermes, nulla exercitia Athletica in poſter. exercerẽt,

edixit : at ccontrà permiſit, ut commeſsationes quotidianas adirent, muſicam exercerent, Veneri operam darent, tunicas multas habentes plicas geſtarent . Id autem ea ratione factú eſt, ut eos prorſus ad arma gerenda inhabiles redderet, inde ſi uoluptatibus eſsent prorſus dediti, nullá fortitudinis rationem habentes, facilius eos poſset cõhercere, quod quidem Regem non fefellit .

QVÒD autem Deus ignauos odio proſequat, exemplo Gedeonis manifeſtum eſt. Et Dauidis, qui ſæpius Deo omnipotenti gratias ingentes egit, q̃ gratiam ſibi et fortitudinem largitus eſset, Vt Vires manuũ contra hoſtem in promptu fuerint paratæ, multis etiam locis affirmat, auxilium et ſpem ſuá nõ in armis conſiſtere, uerú à Deo pendêre . Sed tamen neq̃ arma, neq̃ arcus et tela reiecit, Verum ijs tanq̃ munimentis diuinis eſt uſus, quibus Deus potentiá ſuá oſtenſurus eſset . Quá ſpe quilibet ſtrenuus Athleta niti debet, qui uerę et Catholicę religionis ſit ſtudioſus : atq̃ animo proponat ſe pro fide Catholica et religiõe, ſi neceſsitas expoſtulet, ſtrenuè pugnaturum contra Turcas incredulos, tum etiá pro libertate patriæ, in Viduar, liberorúq̃, et orborum defenſionem .

ATHLETICAM igitur ipſe didici, eamq̃ publicè in palestris ſæpiſsimè exercui, unde tanta uoluptate affectus ſum, ut colligerem gladiatorum habitus uarios, cosq̃ præſtantiores duntaxat, atq̃ in libros duos redigerem certis formis, cosq̃ duobus iuſtiſsimis Indicibus exornaui. Qui autem labores mihi fuerint ſubeundi per totum quadrienniũ : quo partim à Principibus, partim alijs heroib. atq̃ ſolertiſsimis gladiatoribus eos quaſi extorſi nõ citra magnã rei meæ familia-

ris iacturam: neq; uero unq; sumptuũ et molestiarũ poenitebit, modo cõspexero me omnibus Athleticã magno amore prosequntibus gratũ feciſse. Hi aũt habitus quo etiã eſſet probatiores, duos gladiatores artis peritiſsimos adhibui, qui pariter mecum eos comprobarent habitus. et poſtq; eos iuſtos et optimos eſſe cõperimus, tum primũ ut pote probatos depingi et deſcribi curaui, etiam eos Athletas magnis muneribus ſum remuneratus. diuiſi autem librũ in duo uolumina, qbus quam acuratiſsime indices iuſtiſsimos adicci et utiliſsimos, ut eſt uidere. Non dubito quin ij qui Athletica magnopere delectant, hoc libro, quo oĩm armorũ habitus et formę ſunt conſcriptę diligentiſsimè, ad uſum ſuę ſalutis et patrię defendendę cauſa ſint uſuri, atq; ingentes gratias Deo opt. Max. pro corporis et animę ſalute ſint acturi, quibus gratiã et fortitudinem Deus per filium ſuum unicum concedat atq; largiatur.

PAVLVS HECTOR MAIR.

NVNC CÕSEQVIT INDEX. .14.

qui Enſis, acinacis, haſtæ, et omniũ armor., quę in hoc libro cõtinẽt, complectitur.

ENSIS *habitus antiquiſsimi ſunt, et prę ſtantiſsimi, quos Iudęi, gentiles, et Chriſtiani exercuerunt. Quare etiam noſtro ſęculo principatũ obtinent, eius igitur habitus ſunt Centum et Viginti, qui continent itidem defenſiones, atq; adeo ipſor. effigies et formę eleganter ſunt depictæ, ut nihil addi poſsit, quod magis faceret ad ipſor. exornationem.*

SICA *uel Acinaces, quo multum Spartani uſi ſunt, magnosq; honores inde conſequuti, quadraginta quatuor habitus continet elegantiſsimẽ deſcriptos et imaginibus exornatos.*

HASTVLA *deinde ſequitur originem ſuã à Romanis et Perſis ducens, 38. habet habitus preſtantiſsimos.*

LANCEA, *cuius noſtra memoria maximus uſus eſt, ſed olim admodum infrequens, continet habitus duodecim, vnà cum viginti quatuor formis.*

BIPENNIS *antiquiſsimus uſus, quod Amazonum inuentum dicit, continet, 20, optimos habitus, itidem ut in alijs factum, imaginibus depictos.*

ANTIQVI etiam utebantur Athletica, qua falcem fænariam exercerent, quę et ipsa industria quadam regitur, 10 habitus complectitur.

ALII inde habitus consequuntur, quibus Sarmatę et hunni frequenter sunt usi antiquitus, exercitium nimirum tribuli, quo frumenti grana siliquis excutiuntur, cuius, 8, sunt habitus.

FVSTIS agrestis, nodis constans, qua non eripitur alicui lucis usura, sed ad defensionem maxime aptus, huius sunt, 8, habitus et formæ.

VARIA arma contra varijs armis utentes, ut cum quis eximprouiso obruit, se possit defendere, sunt autem formę eor, 12,

FALCIS frumentariæ effigies sunt, 16,

PVGIONIS exercitiũ originẽ ab antiquissimis Germãor, habet, qui puqio in legibꝫ Hermãni Germanor, Regis framea adpellat, atq, is est in necessitate telum maxiẽ necessariũ, et regrit Viros imperterritos, multos habet industrię usus, qui ad uitã cõseruandã faciunt, Continet autem habitus, 48,

.15.

LVCTARVM *varię ſpecies ex habitibus pugionis oriuntur, quę ſæpius cõmiſcentur, atq; ſimul plerumq; addiſcunt, qui quidem habitus maxiẽ ſunt ad defenſionem, uel alteri mortem inferendã excogitati, quar. ſpecies ſũt, 106,*

DIMICATIONES *pedeſtres, in quibus utimur Clypeis orbicularibus et enſibus Hiſpanis, more Italor., habitus ſunt. 56,*

SECVRES *Letales ab Amazonibus item repertas eſſe ferunt, atq; ijs uſas, Verum mirabile eſt auditu à muliebri ſexu tam letalia duo arma eſſe inuẽta. multi etiã incredibile uideret, ni Aucntinus ueritatis ſtudioſſsimus, pluresq; alij ea de re ſcripſiſſent, ea continet, 16, habitus.*

DIMICATIO, *qua ſcutis utimur, complectitur; 16,*

DIMICATIO, *ubi armis induti Athletę cõcertãt, ſtatus habet. 86.*

SEQVITVR *dimicatio equeſtris, exercitiũ digniſsimũ, p̃ſtantiſsimumq;, in quo uirtute non exigua opus eſt, ea continet, 73,*

EXHORTATIO AD GLADIA"

tores, quib. dotibus eos p̃ditos eſse neceſse ſit, quoue animo.

QVICVNQ*m* *Athletice ſtudioſus eſse cupit, eaq; arma, quę ſequũtur, honeſtè tractare, ſiue pedeſtribus ſiue equeſtribus pugnis, his dotibus quatuor eum p̃ditũ eſse oportet: fortis Leonum ſtrenuorum more: Viſum habeat acutum, Veluti Aquilę feroces: Velox uti lynx: Aſtutus ut Vulpes. Si quis igitur in his modo cõmemoratis Virtutibus excellat, is haud falletur facile, Verum eas palam exerceat ad ſuã ipſius gloriam. Sin autem quis carens ijs dotibus gladiatoriam*

†*conaret*, *diſcere*†, *exiguam glorię ſpeciem uel potius nullã inde cõſequetur.*

DE SEX PARTIBVS

humani Corporis infirmioribus.

IN *corpore humano ſex partes ſunt, quę reliquis infirmiores exiſtunt, quas quemlibet pugilem noſse magnopere neceſse erit, mentum. anterior pars colli, musculi, ſecundum cubitũ brachij utriuſq; exiſtentes, iunctura manuum, medietas brachior, Vltima pars, poples uterq;. his itaq; cognitis quis Athleta ſupatur? eſt facile eũ, qui earũ nullã habet cognitionem.*

EAS *igitur qui ignorat, aduerſus aduerſariũ ſuum infeliciter pugnabit, nam ex earũ ſcientia facile oẽm hoſtis conatum Athletę infringũt: eę autem partes in latere utroq; hõis inueſtigari ſolent.*





DE ICTV QVI EX IRA NOMEN SORTITVR.
CONTRA MVCRONEM.



HAC ratione te ad hunc ictum adaptabis, sinistrum dextro pedi prepones, inq; ipso ictu dextro sequere, feriasq; fortiter supernis latus sinistrum uersus. Verum si se opposuerit, ictuiq; tuo restiterit, tum q; celerrime proxima nudi- tatem petito. Si uero referiat iratus, tum ad ictum eum. qui ex ira fit, te prepara in mucronem pendentem, & eum conuerte recta in faciem uel pectus aduersarij. sin autem aliaduerterit id, gladium supra caput eleuabis, assiliesq; pede dextro in latus eius sinistru, & petas ictu transuersario caput eius, si uero is hoc usus fuerit contra te, brachijs crucis instar constitutis, tu ictum longa acie excipe, et statim gladium auerte, tuuq; mucronem ex sinistro latere contra ipsius faciem flecte seu pectus.


ICTVS QVI CVRVVS DICITVR EX VTROQ LAERE.



SI in aduersarij conſpectum gladiando prope acceſseris, ſiniſtrum preponas pedē fac meminerīs, contineasq; enſem tuū mucrone in dextro tuo latere conſtituto, & pedem ſiſte arrepto manibus ictu curuū, et ſi feriat ē ſupernis uerſus nuditate tua aduerſarius, tum dextro tuo calce præcede, illiusq; ceu per ambages appropinquabis lateri dextro, feriasq; uerſus proxima eius nuditatem. Verum ſi per ambages aggrediatur te dextrum pedem preponente in ictu et qui dicitur curuus, tu leuo progredere, et ictum acie enſis tui longa excipe, ac ſine mora dextro ſequere pede ictuq; curuo referias eius enſem, aciem breuem tuo protendente gladio, itaq; caput eius ſauciabis.

ICTVS TRANSVERSARIVS EX VTROQ; LATERE.

3



SI quando enſe gubernando ad aduerſarium peruenieris pede dextro prefixo, uerſuq; te acie breui conuerſa loeuo ſtatim ſequere, ferias tranſuerſim manibus inſtar crucis ordinatis, eum ictum ſi exceperit, inflectas in locu infirmiore, infirmior enſis locus dr mucroni proxi- mus, qui infra medium enſis conſiſtit, atq; acie loga ferias uerſum ſuperiorem nuditate hoſtis. Si uero pede ſiniſtro prepoſito conſtiteris, teq; conſtitueris in ictum tranſuerſarium contra eu brachys cancellatis, dextro progredere, manus tuas permuta, ut enſi plauido coram eo conſiſtas, atq; ictu prædicto ferias uerſus aurem illius loeua. ſin eu exceperit gladio ſuo hoſtis, duplici ictu, qui corpus non attingat, referias, uerticemq; ſiniſtrę capitis par- tis petas.

ICTVS QVI LATINIS Á LIMIS OCVLIS. AVT STRABONIBVS NOMEN ADEPTVS EST VTRINQ

4



QVVM in aduersarij conſpectum gladiando acceſſeris, lęuum prępone con-
uerſa acie breui inferne, dextro conſequere, flecteq; nodulum enſis tui ſub dextrũ
brachium directo in eũ mucrone. ſin ipſe eodem contra te fuerit uſus. excipito, &
flecte in tranſuerſariũ. enſe tuo uerſum dextrũ latus propendente, ac ſiniſtro fac con-
ſequare, mucronẽ impellas intra ipſius brachia, ita tamen, ut acies breuis ſuperior con-
ſiſtat, idipſum ſi uſurparit aduerſarius, longa acie tua id refringes, eaq; uim ipſius
ſupprime, atq; loco infirmiori prætenſo, acie longa capiti eius appropinquabis.

ICTVS QVO VERTEX ADPETITVR.


5



LÆVVM crus præpone, enſemq; tuũ erectis manibus ſupra caput tolles, inſiliasq; dextro ad aduerſarium, atq; recta acie longa ferias contra uerticem eius, et mucronem inclina uerſus faciem uel eius pectus. Sin uero habitu eodem cõtra te fuerit uſus, excipito eo modo, ut utramq; enſis partem manibus contineas, ſiniſtra enſem, dextra capulum hoc modo mucronem, ut „capuli" enſiũ utriq; erecti conſiſtat, et ſi ſurſum regat, mucronem tuũ, tum enſis tuus ſub ipſius „corona" acie tranſeat uerſa in brachia, eoq; pacto brachiũ utriq; ſtringes, et ſi contigerit, ut is te eodem modo ſtrinxerit, pede dextro regredere, inciſionemq; hoſtis curuo auerte, aciem breuem premittendo, eaq; dextrum eius latus proſcinde.

ICTVS QVI LATINIS BOS Á FVRORE BOVM SVMPTVS AB VTROQ3 LATERE.

6



AD huiusmodi ictum hoc modo te accomodabis, sinistrum pedem preponas, enseq3 contineas manibus cancellatis supra caput, inflecte te, et dextro consiste in latus aduersarij dextrum, si animaduerterit gladium propendentem, manibus transuersis ferias transuersarium, sed si is eodem fuerit ictu usus, excipito, inq3 ipo articulo, inflecte, mucroneq3 uersus faciem eius uel pectus protende, atq3 acerrime uersus caput eius ferire memineris, eo uero excipiente, duplici ictu, quo corpus non contingas aduersarij, utere. Promptissime supra commemoratum ictum arripe, ex eoq3 ferias, punge atq3 conscinde, verum si dextro consistas contra hostem, isq3 celeriter aduersum te laboret, auertes id passibus duplicibus ab utroq3 latere, interim ferias transuersarium brachijs instar crucis ordinatis uersus latus dextrum capitis eius, etsi eum acie longa aduersarius propellet, tum inclina, atq3 ex supernis acie breui ferias.

ARATRI HABITVS. AB VTROQ. LATERE.

7



DEXTRO pede progredere ad aduersariu, ensem in dextrum tuu latus inclina, Capulumq; supra caput eleuabis, pedem sinistru uersus hostis latus dirigas. utere ictu transuersario, atq; id si aiaduerterit, exceperitq;. resilias dextro pede dextrorsum, & uersus uerticem eius ferias. sin aut in ictu seu modo hoc qui aratrum appellatur. consistiteris aduersus eum, isq; appetat uerticem tuu, tum uteris uersus eum feneſtra patula ita ut per brachia prospicias, enſe sublato, præposito pede tuo dextro, et inclina, uersus aure eius sinistra breui acie ferias. id aut si aduersus te fecerit, longa acie tua excipito, interim tamen inflecte contra latus eius loeuu, tuu mucrone porrigendo uersus faciem seu pectus eius, inde ensem tuu inclina, leuuq; tuu illius dextro præpone, atq; summu capitis adpetito.

HABITVS A SIMILITVDINE PASTORVM
QVI DVM ARMENTA PASCVNT FVSTIBVS IN̄ITVNTVR



SI consistas leuo pede, brachijs porrectis, ut terram mucro contingat, breuisq; acies superior appareat, tu tollas alarem ictum usurpando gladiu tuu brachijs cancellatis in excep: tionem pro capite tuo, dextro consequere, atq; impelle in faciem uersus latus hostis sinistru, mucronem, si tu aiaduerteris mucronem contra te conuersum, dextroq; pede contra eum in ictu habitus, qui a similitudine pastoru factus cu baculis recta in̄ituntur constiteris, tu mucronem aufer ictu qui dr curuus, cuius supra mencio facta est, et transuersarium ferias, interim reclina, et stringas eius faciem. sin aut aduersarius te constringere conatur, deflecte eius ictu longa acie tua. & subito conuerte mucrone tuu in latus eius sinistru facie uersus uel eius pectus, leuu tuu prepone illius dextro, et ferias contra eius dextru radiu brachij minorem etsi aduersarius hoc modo brachiu tuu petierit, tu excipe acie longa, sinistruq; pedem, eius dextro ppones, atq; ensis tui locu infirmiore, de quo et supra, pmittes, et uerticem eius adpetito.

FIRMIOR ET IMBECILLIOR LOCVS. FIRMIOR EST SVPERIOR VERSVS CAPVLVM. INFIRMIOR VERO IN ENSE PROPE MV" CRONEM.

9



QVVM dextrum prepoſueris, et gladium aduerſarij contingas, eo ictu, qui dictus eſt a ligando, quia tum enſes colligantur utriusq; loco imbecilliori, curā agas, num gladium fortiter aut infirmiter manibus contineat, et leuiter deflecte enſem ex latere, ut aduerſarij enſis concidat, ſiniſtro ingreditor pede, ictusq; crebros exerceas. Si artis Athleticæ magiſtros ludere uolueris. ſed ſi contra eū in loco infirmiori conſiſtas, et uſur" parit aduerſarius aduerſus te eoſdem ictus, dextro ſubitò pede recedas, feriasq; ictum qui à crucis ſimilitudine nomen ſortitus eſt. contra illius dextrā aurem, ſiq; eū excepe" rit is, tuc deflecte, protendeq; mucrone dupliciter uerſus faciem eius, capitiq; eius ex ſupernis appropinquato. Quū uero aduerſarius eodem habitu uſus fuerit contra te, memeto ne excipias, uerū ictū refuge, concedeq; ad latus eius dextrū, et tranſuerſariū arripe contra ipſius caput feriundo.

INSTANTIA .I. CVM VRGES ADVERSA-
RIVM INSTANDO. ITA VT TV CVPIAS VLTIMVM ICTVM FERIRE
CVM INCISIONE



PEDE tuo lœuo præpoſito, in ictu infero. ſi conſtiteris, et ſi hoſtis manus tuas contigerit, tu ſubito dextro conſequêris, et recurue uerſus tuu latus ſiniſtru eu contingas. Sin autem aduerſus te id uſurparit, tuq; lęuo priori conſtiteris, tu celeriter enſem ex latere tuo incliato, ut aduerſarij ex tuo elabatur, dextroq; conſequere. Atq; ferias ſuperne uerſus caput aduerſarij, ex parte dextra. Veru id ſi exceperit, tunc inferne longa acie prętenta feries latus eius ſiniſtrum, interim regredere, et longa acie, eius caput adpetito. Sin te inſtando ſequitur, tu conuerte in pectus aduerſarij mucrone, eu cum exceperit, paſsis brachijs referiendo, ab eo recedas, eodem ſi is fuerit uſus, tu dupliciter urgendo ſequere paſsibus, et ictibus ſuperne & inferne, ubicunq; aduerſarius nudus appareat.

ALIA INSTANTIA.

11



QVVM lęuu præpoſueris pedem, ferias ab ala tua dextra ſubitoq; dextro ſequere, ac longa aciem pręmittendo rectà caput hoſtis petes, ſed ſi is eodem modo contra te fuerit uſus ſiniſtrũ pręponentem, enſem ipſius contingas. hoc autem fit circa manũ utraq; breui acie tua, ſequitor dextro pede tuo, uerſusq; aurem lęuã gladiũ tuũ inflecte ita, ut enſis tui Capulus pro capite conſtituatur. Cumq; aduerſarius rei huius certus factus ictũ excepe-rit, tum enſem inclina, et tranſferias, hoc autem fit, ſi aduerſarius eleuatis brachijs co-ſtiterit, et tu infra ipius brachia et gladiũ ferias, proximaq; adpetito nuditatem, ſin uero tuam is appetiuerit nuditate, tũ illi obuius ibis longa aciem præmittendo, atq; ſuperne & inferne eũ excipito, egregie corpore tuo et brachijs porrectis, mucrone enſis tui inquire ipius nuditatem faciei, uel pectoris, feriasq; interim tranſuerſim caput uerſus aduerſarij, brachijs cancellatis. Cum uero is eundem ictũ uſurparit contra te, eũ excipias memineris acie tua longa, et inflecte uerſus illius aurẽ ſiniſtram breue aciem, retracto mutatoq; læuo pede tuo, illius aurem dextram ferias.

ALIA INSISTENTIA EX PENDENTI MV″ CRONE ‹

12



INSISTENS pede leuo prepoſito ex ſiniſtra axilla uerſus aduerſarij dextru latus ictum regendo ferias eius caput. Sed ſi is hoc modo feriat dextrū crus te pręponente, tū in pendentem mucronem te conuertas, atq; utere loco enſis infirmiori. retro illius latus dex‑ trum reſilias, appetitoq; caput eius. Excipiente uero id aduerſario, ictum ſuperne duplica, infra aut mutabis enſem, mucronemq; tuū, collo illius adplices. Sin aut id aduerſus te is uſur‑ parit, eū auerte longa tui acie enſis, dextroq; pede conſequere, et ex parte inferiori adipius brachiū dextrū ferias ſurſum. Siq; hunc ictum exceperit gladio ſuo, tū illius dextrum leuo tuo pede præcedes, et utere ictu duplici erratico, ita ut corpus eius non contingas, uerſus eius uerticem. Sed cū is hoc modo ſuperne te aggrediatur, excipito enſe, et breue aciem inflecte ad illius aurem ſiniſtram, ſubitoq; auerte, et rurſum ferias contra aduerſarij latus ſiniſtrum longam aciem præmittendo.

ALIA EIVSDEM FORMA.



QVVM dextrum pedem præposueris, ensem tuū rectā pro facie contineas, conuersa acie breui uersus tē, læuo progredere, interim inflecte gladium tuū uersum aduersarij pectus. Sed si mucronem exceperit, gladium tuū retrahito ad medietatem, ac ferias superne contra illius nuditatem proximā. Cumq; is eodem usus fuerit contra te, tūc lœuū tuū pedem prępone, prosilias uersus latus eius dextrum, et inclina in ictum cruciatum. Verum excipiente eū ictum aduersario, dextro pede regredere, feriasq; illius brachiū sinistrū. Sin aut contra te hoc pacto is feriat, tum ictu curuo excipito, Vt ab ense tuo infir-metur, subito interim dextro procede, uersusq; eius caput superne ferias. Cum uero obtigerit, ut is hoc habitu utatur, tum acie tua breui ictum curuū auerte ex latere tuo dextro, atq; perstringe eū ex superiori nuditate.

ALIA INSISTENTIÆ EFFIGIES EX LAERE DEXTRO.



QVVM dextrum præposueris, eoq; insistas, ensem tuu pro pectore conti-
neas, atq; mucronem in faciem aduersarij extendas, tum tuo pede dextro pro-
gredi memineris, in defensionem seu ensis aduersarij exceptionem te cancel-
latis brachijs præparabis, dextro igitur insequutus, ferias superne dextru
latus eius. Sin autem tibi hoc pacto obuius fit, dextru pedem anteriorem
cu tu posueris, et ensem ex latere dextro manibus porrectis in medium ad-
uersarium direxeris, tum loeuo tuo progredere, atq; contineas capulum pro
capite tuo, ita ut mucro retrorsum uergat cancellatis brachijs dextrum eius latus
petas: si id exceperit, tum insistas uersum latus eius sinistru acie breui, su-
bitoq; interim ensem surrige in rosa, contra aduersarium in ense ipsius, et
utere transuersario brachijs in formia crucis dispositis, petita parte capitis
eius dextra.

IMITATIO PRÆCEDENTIS EX SVPERIORI ET LOCO INFERIORI.

15



Si conſtiteris lœuo porrecto, et enſis ex pectore tuo emicet longa acie uerſus aduerſarium extenta, tum dextro progredere, et inclina enſem ad illius latus ſiniſtrum, et illic referias aciem longam præmittendo. Sin autem dextrũ præpoſueris, tũ ictũ auerte acie breui, lœuoq; pede conſequere, atq; eius aurem dextram appetito. eum uero ſi animaduerterit hoſtis, atq; adeo exceperit, præparabis te in tranſuerſarium, ad latus eius ſiniſtrum, ſubito interim enſem inclina, et dupliciter referiendo latus aduerſarij petes ſiniſtrum. Sed ſi is hoc modo fuerit uſus, eum excipito longam aciem præmittendo, interimq; dextro pede progredere, breui ſtringendo collum ipius appetes; interea deflectes in longam inciſionem, et uerſus caput corporisq; partes alias aduerſarij ſtringendo laborabis.

OCCVRSATIO. QVA ADVERSARIO ENS IS EXTORQVETVR

16



RECTÀ dextro pede præpoſito ferias, et ſi aduerſum te ſuperne hoſtis referiat, loeuo ut conſequaris obſerua, atq; flecte nodum enſis tui ex dextra corporis tui parte ſuper ipſius brachia, atq; ipſum ſi conuerteris in latus tuũ dextru, enſem ex manibus aduerſarij extorquebis. Sin uero cupiat te gladio ſpoliare, tũ pedẽ tuũ ſiniſtrũ dextro illius præponito, atq; tuũ gladiũ ipſi, ſponte permittas, conquaſſata ſeu protruſa celeriter acromia ipius ſiniſtra, dextrũ eius pedem loeuo tuo reijcias, hoc itaq; modo eũ ſternes pronũ. Sed ſi contra te eodem uti uoluerit modo, dextrũ ſtatim pedem ad te conuertas, ut ſiniſter prior appareat, dexter tuus poſterior, ſtringendo caput eius appetes, ſed ſi te is ſtringere cupiat, et utrũq; enſem habeat, tum dextra manu illius cubitum loeuũ contingas, loeuaq; manu tua eius correpto poplite loeuo, facile ſtraueris humi aduerſarium.

ALIA EIVSDEM OCCVRSATIONIS.

17



DEXTRO pede pręcede in eo habitu, recta ferias caput aduersarij, atq; si ni-
stro insequutus, ferias illius dextrum latus. Sin uero eodem aduersus te is fue-
rit usus, reflecte nodum ultra brachia eius, inflecteq; te in latus sinistrum tuu,
hoc itaq; modo ensem aduersario retorquere licebit. Quũ autem ille idem persi-
cere concupierit, tum preponas dextrum tuum illius sinistro, celeriterq; prosternas
uel sinistra manu superne eũ contingas, et adtrahe uersum te dextram, brachiũ
ei facile infringes. Sed si tibi confringere brachiũ uoluerit modo eodem, humi en-
sem abijcias, Sinistra tua manu eius dextra attingas, et dextram tuam sub ipius
alam dextram si direxeris, suscipe eum in humeros tuos, et ita eum poteris sternere
uel asportare pariter brachium frangendo.

ICTVS SVPERVS CVM ENSIS EREPTIONE.



QVVM ad aduersarium gladiando peruenieris, dextrum pedem proponere memineris, mox autem consequutus sinistro, acie longa caput ipsius ferias. Si uero idem ipse usurparit te preponente loeuu, ictum superum excipe aduersarij, atq; dextro pede insequutus, brachio sinistro supra eius dextrum interius arripe capulum hostis, ad teq; attrahas uersus tuu latus sinistrum, hoc itaq; modo aduersario ensis extorquetur. Sin uero tibi pacto eodem gladiu excusserit, tum loeua tua manu, illius cubitum dextrum apprehende, et dextra illius cubitu sinistru, atq; eum propellito abs te. Sed si eodem habitu contra te fuerit usus hostis, ensem utrunq; proyce. Confestimq; resilias retrorsum, et capite tuo illius impetas pudenda, interimq; apprehendas manibus cancellatis aduersarij pedem utriq;, subleua eum, et pronum in caput prosterne.

MVCRO SVPERVS ET INFERVS



DEXTRVM tuum præponito, atq; mucronem dirigito ex latere tuo lœuo contra aduersarium contra eius pectus. Sed si is mucronem tuu in se directum co-spexerit ac exceperit, tum ensem inflecte sursum in transuersariu, atq; lœuu tuu preponito. sinistruq; modicum reflectito in latus tuu dextru, et uersus aduersary aurem sinistra ferito. Si autem eodem usus fuerit contra te, tum ictum transuersarium illius auertere sis memor præposito sinistro pede, et superne caput eius petito. Cum autem id exceperit hostis, tum mucronem dirige faciem illius uersus, seu pectus, sed si cum auaduerterit, tum in pendentem mucronem te præparato, ut tamen dexter tuus pes anterior sit, et feriendo latus sinistrum capitis eius impetas transuersarium. Sin uero contra te hoc modo feriat, excipito ictu curuo, cuius mencio supra facta est, interimq; stringendo caput eius petas, sin is idem usurparit, tum scindendo eius lateri dextro adpropinquabis, et regrede re dextro pede, preparaq; te in transuersariu appetendo aurem aduersary sinistram.

INTORSIO SVPNA CM ICTV SVPO. EST AV

TEM INTORSIO HABITVS QVO ENSEM IN ENSIS CRVCEM ADVERSARII INTORQVENS



DEXTRVM pedem prępone, atq; contra eius nuditatem ſuperiorem ferito, ſin is referiat, ictum excipito, et dirige aciem tua breuem uerſus illius aurem dextra. Cum autem id exceperit hoſtis, tum enſem inflecte uerſus aduerſariu in mucronem pendentem, ut capulus pro capite tuo ſit ſitus. Quu uero is deflectat in mucrone pendentem, uiciſſim obuiam illi procedas feriendo ictum, quo uertex appetitur, ſi exceperit eum, tum prędictum, quo uertici eius es minatus, in curuum conuerte, & os ſtringendo ſauciato, uel ubicuq; aduerſariu nudum offenderis. Veru ſi modo eodem is referiat, tunc eius enſe rurſum curuo ictu contacto, in ciſuram ipſius, ut minus te lædat, refregeris, interim quoq; ſtringendo caput eius appetere potes, et ſi is ictum tuu eo pacto confregerit, ac ſcindendo caput tuu appetierit, refer pedę loeuu, et capulo erecto pro capite, ſubito hoſtis dextrum latus quaſsato.

SVPERVS ET INFRVS IMPVLSVS



QVVM pedem dextrum ꝓposueris, aduersarius autem contra te leuũ, atq; mucronem contra faciem uel pectus tuũ conuerterit, tum ferias ſupra oem eius defenſionem contra caput ipius ſuperne, inſequere ſtatim leuo pede, declina inflecteq; enſem uerſus ipius nuditatem proximã. Sin autem is id uſurparit uerſus caput tuum, tum dextrum tuũ, pedi illius ſiniſtro prepone, et ad ſiniſtrũ latus ferias. Si eum ictum hoſtis aiaduerterit, retrocedas pede leuo, atq; in pendentem mucronem deflecte ita, ut pro capite tuo capulus ſit poſitus, ſubitoq; interim inſequere ſiniſtro, et dirige inflectendo mucronem tuũ manibus cancellatis ex tuo latere ſiniſtro contra dextrum vultus aduerſarij. Sin eũ exceperit, tum conſequere pede dextro, atq; rectà ſuperne contra eum acie longa ferias.

MVCRO EXCIPIENDVS ARATRI HABI-
TV. QVI HABITVS AB EIVS SIMILITVDINE DICITVR.

SI consistas leuo ꝑposito, eleuato ense ante faciem manibus crucis instar constitutis, ut mucro uersus aduersarium sit porrectus, tum dextro pede progredere, et si conuerteris illi mucronẽ contra faciem, ꝑparato te ad ictum, qui Aratrũ dicitur præposito dextro, si illius mucronem obseruaueris, tum leuo pede insequere, et inflectendo illius mucronem auertas in latus tuũ dextrũ, feriasq; contra eius superiorẽ nuditatem, Cum uero eum ictum aduerterit hostis, auerteritq;, tum ferias transuersariũ usurpando, latus aduersarij dextrũ brachijs cancellatis. Quũ autẽ is eodem contra te fuerit usus, habitu prepomito pedem dextrũ, inclina gladiũ in latus dextrũ tuũ, hoc itaq; modo ictus eius concidet, statim ergo progredi leuo, et illius nuditatẽ supernam quassare memineris, Sed si is eodem modo referiat supernè, tu excipias ictum aduersarij acie longa porrecta, niterimq; sursum, ensem subleua, in cisuram eius brachio sinistro apponito iuxta ensis tui crucem, atq; hostẽ hoc pacto in latus dextrum propulso scindendo perstringes.

DVO MVCRONES EX QVIBVS PROCEDNT DVÆ INTORSIONES.



DEXTRVM te pedem preponente, si mucronem uersus aduersarium di-
rexeris, sequere leuo statim, et inflecte illi mucrone in vultum siue pectus brachijs
cancellatis, Cum is eu auerterit, regredere leuo crure, et conuerte ensem i fenestra
patulam, sic aut eleuato ense, ut per utrūq; brachiū aduersariū inspicere poteris, vt
capulus tuus pro capite tuo sit constitutus, sed si aduersarius id contra te usurparit,
tum mucronem in faciem eius ex rosa inflecte ppositō dextro tuo, atq; insequere sini-
stro, postpone dextrū pedem aduersarij sinistro, inflecte ensem acie breui uersus caput
ipius, subitoq; referias acie longa uersus ipius brachiū dextrū. Sin autem brachiū
tuū dextrum appetierit, pede sinistro consequi memineris, et recurue contingas gla-
dium eius, et eo modo proscindendo caput, corpusq; sauciato, et si is id facere concu-
pierit, tu rursus eodem modo si usus fueris, quo paulo supra, contra eius nuditatem
proximam ferias.

TRANSITIO CVM LVCTA.



SI enſe rite regendo in aduerſarij conſpectum acceſſeris, feriendo caput eius appetito ſuperne, et dextro pede concede interius ultra ipius dextru, et cum hoſtis exceperit ictum, tum enſem per tergum tuu retrorſu inclinare memento, incurre caput tuum flectendo per eius brachiu dextru, atq; contingas dextra tua latus eius ſiniſtru, et ſiniſtra poplitem aduerſarij comprehende dextru. hoc itaq; pacto facile ipm ſtraueris. Sin aut id aduerſus te quis uſus fuerit, refringereq; cupieris, enſe abiecto, ſi coniceris dextru brachiu ſuperne ſupra aduerſarij leuum, eu firmiter cotinere poteris. Cum uero te ita complexus fuerit aduerſarius, referto dextru pedem, & retrahe manu dextram ab ipius corpore, eademq; apprehende eius poplitem dextrum, impelle lœuam in aduerſarij pectus. tum ſternes eum ſupinum.

HABITVS QVO AD MEDIETATEM GLADIVS RETRAHITVR CVM MVCRONE.



SI lœuo consistieris pede præmisso, et ensem transuersis pro capite brachijs cotineas, mucrone in aduersarij uultu porrecto, insequere iugiter dextro, atq; mucronem uersus faciem eius seu pectus impellas. Sed si quispiam id contra te usurparit, statim dextru premitte, et auerte illius mucrone recuruè ex dextro ipius latere. Sin uero is eodem modo te auerterit, retrahe gladium uersus te ad medietatem, atq; mucrone rursus breui acie protenta in ipius faciem impellito. Si exceperit, cosequere pede lœuo, atq; acie longa contra nuditatem proxima referias. Si is uero fuerit usus habitu eodem, excipito acie ictu longa premisso pede sinistro, et dextru aduersarij brachium ictu transuersario cancellatis manibus appetito.

LVCTA PER ENSEM, QVA ADVERSARIVS STERNITVR.



QVVM ad aduersarium gladiando accesseris, tum inter ipsius pedem utrũq; lœuũ tuũ interponito, et detrahe gladio tuo lœua manu, sub brachio eius sinistro apprehende latus aduersarij sinistrũ regendo manu circum corpus eius, ponito eũ supra coxendicem, inde siue assportare, siue pronũ sternere licebit. Sin autem id re- fringere cupias, tum leua manu eius collum si fueris complexus, et dextra eius pedem sinistrũ, facile aduersarium prostraueris.

IMPVLSVS EX HABITV VBI SVRAM ADVERSARII PEDIS. TVO IMPELLIS.



SI in aduersarij accesseris digladiando conspectum, introgredere pede dextro, et superne contra caput eius ferire memineris. Sed si quispiam te superne modo consimili adgreditur, excipito, atq; te uersum, pedem eius dextrũ, lœuo tuo attrahes pede, auerteq; ab ense tuo manum sinistram, concede interim sub aduersarij brachiũ dextrũ, lęua ipsius mento applicata, propellas superne abs te aduersariũ, si is modo simili et psternere cupiens, ensem abiecto, dextro brachio, illius lęuũ cubitũ apprehende, atq; lęua arripe aduersarij manũ sinistra ex parte anteriori, flectasq; interim te in latus tuũ dextrũ, et infregeris eo modo facile eius brachiũ. Sin autem is disrumpere tuũ brachiũ fuerit conatus tenente dextra manu te ensem, impulso ensis tui nodo in aduersarij cubitũ dextrũ, lęuum tuum liberabis.

INGRESSVS CVM LVCTA



SI quando aduersarium ense strenuè gubernando accesseris. preposito pede dextro, acie longa porrecta uersum eius caput ferias superne, uerū ab ense manu tua sinistra reposita, apprehende eadem, ipius cubitum dextrū, consequutus crure loeuo, propellito hostem abs te, sin is consimili te auerterit modo, preposito sinistro, apprehede brachio sinistro, ipius dextrū, et aduersarij prædictum modo, sub alam tuam loeua inflecte, preponeq; crus dextrū aduersarij sinistro, atq; si retrogressus fueris eius collum brachio dextro contingente, prostermito cum ensis tui nodulo. Si uero te eodem modo aggressus fuerit, supprime collum tuū modice, tum labor ipius fiet irritus. Interim autem dirigito nodum ensis tui supra eius brachiū sinistrū, atq; nodum ensis tui sinistra manu inferius rursum corripias, eo pro utribus si suppresseris, eius caput proscindere licebit.

QVO QVISPIAM HABITV ADVERSARIVM ENSE PROSTERNERE POSSIT. SEQVITVR

29



In aduersarij conspectum prope cum peruenieris, utere ictu transuersario uersus caput supernè acie longa tui ensis porrecta, proijce abs te gladium atq; inter ipius brachia, dextra manu apprehendas colli dextri lateris partem, reducto post aduersarij lœuũ, pede itidem lœuo tuo, supprime, et uersum latus tui corporis dextrũ consternito. Cum uero idem pugil te simili modo fuerit complexus supernè et infernè, et sternere te conatus, tum brachijs tuis, eius brachia si compresseris, te liberaueris. Cum autem is tua brachia hoc modo co-prehenderit, idq; auertere cupiuerit, pręponito dextrũ crus interius ipius pedi sinistro, et brachijs tuis firmiter distentis ab inuicem, eripe ipius manibus ensem, reflecto te in latus dextrum, et ex supernis eum acie longa proscindes.

ACCVRSVS SVBITVS ADVERSARIVM IN PALESTRA CVM LVCTA

30



ACCEDENTE te ad aduersarium in palestra ense ex more gubernando, si leuo pede porrecto constiteris, recurue ferias, atq; dextro consequitor, ictu transuersario utitor contra eius aliud latus, sed si eum hostis obseruarit, exceperitq; tum utraq; manu intra aduersarij manu utraq; inyce, ita ut dextra manus tua sit in eius capulo sita, & commuta dirigendo sub eius dextra rursus ad nodum tua leua, eo modo aduersariu adtrahes. Sin uero is te eadem ratione attraxerit, dextro pede regredieris post ipius sinistru, abiecto ense, corripe aduersarij pedem leuu leua manu, atq; dextra partem colli anteriorem, hoc itaq; pacto reijcias post tergum tuum.,

LVCTA CVM INCISIONE



ITEM ſi quando contigerit, ut in aduerſarij prope conſpectum tranſieris gladio rite re-
gendo, et dextrũ præpoſueris pedem, uerticem eius appetito, ſed ſi referiat obuiam, eũ ictum
excipito, atq; cancellatis brachijs uerſus dextra capitis aduerſarij partem ferito. Cum uero
is contra te idem uſurparit, excipere eũ nõ dubites, abijce enſem, prẽponito eius pedi ſiniſtro
exterius. dextrum tuũ. Sin aũt is gladiũ abiecerit, faciem eius mox proſcindito, uel locum
eum, ubicũq; nudus apparuerit, tum uiciſsim eius cubitum dextrũ manu dextra apprehende,
atq; lẽua tua aduerſarij mamus iunctura, et hoc modo brachiũ confringes, interim eũm ſi at-
traxeris te uerſum, proſtraueris.

ICTVS INFERVS QVI EX PARTE INFERIORI VEGITVR. CVM HABITV ENSIS EXTORQVENDI



DIGLADIANDO *si accesseris aduersarium ferias ictum inferum, et pedem dextrum pręponito, ut longa acies ensis sit superior, leuo consequere, atq; dupliciter mucronem uersus aduersarij faciem uel pectus impellito, Sed si eum suo exceperit ense, tum in ictum inferū te prępparato, constituto pro capite tuo capulo. Sin autem is hoc modo in conspectu tuo constiterit, applica recurue tuū in eius ensem, prępponente te dextrū crus, arripe gladiū utrūq; leua manu superne, atq; ex dextro latere tuo, in sinistrū si inflexeris, ensem aduersario extorquebis. Cum uero cōtingat ut consimili ratione is utatur, illi permittas ensem tuū, dextro insequutus pede, apprehende eius cubitum dextrū manu sinistra, atq; dextra tua eius poplitem dextrum, fortiter si subleuaris, reijcies supinum.*

INCVRSVS CVM INCISIONE.

33



PRÆPARABIS te in ictum qui a uento nomen sortitur, is aut ita se habet, ut nodus ensis contra hostem sit situs, acies longa superior, et ex eo deflecte in inferiorem in-cisionem uersus latus aduersarij dextrū. Et si eiusmodi ictum ab eo fieri obseruaueris tu concedere cruce dextro memineris intrò, auerteq; longa acie porrecta eius incisionem, ac in ipa tui defensione statim manu sinistra intra aduersarij manū utraq;, arripe capu-lum hostis, interea dextrā tuā commutato inuersa ꝛz manu, et si apprehenderis ipius en-sem medium inferne pariter tuo adiuncto, ex manibus eius euelles, sic tibi conceditur siue superne siue inferne proscindere aduersariū, qm utriusq; ensis mucro in tua est situs plate. Sin autem simili te aggressus fuerit ratione, ac comprehenderit ensem is utrūq;, ensi manus tuas subtrahes, atq; retro eius pedem dextrū, tuū sinistrū ponito, transuersis brachijs aduer-sarium medium arripito, et ensem utrūq; continentem prosternes.

HABITVS INCISIONIS QVO MANVS PRO SCINDVNTVR

34



PRÆPOSITO dextro crure cum ad hostem perueneris, tanq; nuditate ſuperna ferire uelis aſſimulato, interim uero deflecte, et rurſum inferne feriendo, eius latus dextru appetito. Hoſtis ſi id exceperit, tum dextro regredere, ut leuus prior conſiſtat, deflecte in tranſuerſariu eo modo, ut pro capite appareat capulus, et tum uerſus ſuperna aduerſarij ferito nuditatem. Cum uero is contra te hoc uſus fuerit, preponente te dextru, á capulo dextra remoueto, eaq; mediu enſem arripe, & leua cruci enſis tui propius admoue. hac itaq; ratione excipere aduerſariu memento inter utrasq; manus in enſis medio, atq; comprehende dextra leuaq;, eius gladiu inferne ac ſuperne, in latus tuu ſiniſtru ſi deflexeris, eum proſcindes.

DVÆ INCISVRĘ DE LOCO SVPERIORI ET INFERIORI.



ADVERSARIVM te gladiando accedente, si dextrũ prępoſueris, præpara te in mutatorium, ſed ſtatim inflecte in ictum alarem dextrũ, capulo pro capite tuo conſtituto, inciſuram, ex ſiniſtro aduerſarij latere ſupra eius brachiũ utrunq; infligito. Verum ſi fuerit ratione ſimili contra te uſus, leuo introgredere, et firmiter contingas enſe exterius utrũq; eius brachiũ, et ſic refringes inciſurã eius inferiorem ſuperiori te utente, dextro interim inſequere, et recurue ipius brachia ferias. Sin uero conſimili modo uſus fuerit is, tum ſubmitte locũ enſis infirmiore, leuo introſequere, atq; acie longa feriendo ſuperne eius appetito caput, inflecte aciem enſis tui breuem uerſus collũ, et abs te propellito, tũ fruſtra oẽs neruos intendet, nã hac ratione uitabis.

MVCRONES EX ACIE LONGA DVO.



QVVM acceſseris ad aduerſarium, intrograedere dextro, et feriendo acie longa porrecta, eius dextrũ appetes brachiũ, Aduerſario id excipiente, deflecte in mucronem pendentem conſtituto pro capite capulo, remoue ſiniſtrũ pedem in latus tuum ſiniſtrũ, et ferias tranſuerſis brachijs ictum cruciatũ uerſus eius latus dextrum. Si uero tibi eadem ratione obuia proceſserit, preponente leuũ te pedem, tũ acie enſis tui breui eũ auertes. Verũ dextro conſequutus, eius uerticem pulſato. Cũ uero tua ſupernam nuditatem feriat, ſiniſtrũ te pedem preponente, longa acie excipito, conſequereq; dextro, et ictu tranſuerſario utitor uerſus ſiniſtrũ capitis aduerſarij latus. Sed ſi is eadem uia tibi obuiarit, tũ ictu curuo auertes hoſtem, atq; ſuperne enſe capiti aduerſarij, tuo acie longa appropinquabis.

HABITVS INCISIONIS EX LOCO SVPERIORI. CVM ICTV QVO CAPITIS VERTEX APPETITVR

37



SIm aduersarij tui conspectum gladio gubernando peruenerit, leuo pede precede, et acie longa porrecta supra brachiũ utrũq; uersus dextrũ aduersarij latus, ea itaq; ratione eum superne uel inferne proscindere licebit. Quũ aũt te eadem uia appetierit, sinistrũ crus preponito, atq; ictum eundem, ictu curuo ex latere tuo leuo auertito, interim caput eius proscinde. Verũ aduersario te simili pacto aggrediete, rursum curuo uteris, et consimilj ratione caput stringendo ex dextro aduersarij latere ferias. Si eundem is exceperit rursum, tũ arripe ex parte utraq; ictum duplicem quo erras, et corpus eius nõ contingas, interea eius aure dextra feriedo manibus instar crucis formatis appetito. Si ab aduersario id aliaduerteris fieri, acie longa excipito, et locũ ensis tui infirmiore premitte, uersus eius dextrum brachium eodem ferias, regressus inflecte in mucronem pendentem, consequere pede loeuo, et mucronem in pectus aduersarij impellito.

INCISIO SECVNDA SVPERIOR.



PEDE ſiniſtro prepoſito ſi aduerſus hoſtem conſtiteris, et ſupra utrūq; eius brachiū acie longa pretenta iuxta aurem aduerſarij dextrā feries, dextro ſecutus, eius ſiniſtrū latus tranſuerſariū uſurpando quaſſato, eo ſi uſus fueris, enſem libere tollas ſupra caput tuū, ſimulatoq; quaſi ferire cupias aduerſarij uerticem, inuerte pedem ſiniſtrū in latus ipſius dextrū, atq; brachia hoſtis inciſione ſauciato. Sin uero te modo conſimili fuerit aggreſsus, acie longa ipius inciſione excipias, acgladiū in eius enſem in-flecte, acie breui tua preuerſa, eadem uerſus caput aduerſarij ferito. Si is tibi ab aduerſario contigerit ictus, acie enſis tui longa excipies, atq; interim in pectus uel faciem eius cancellatis brachijs ex ictu qui dicitur Bos, cuius ſupra mencio facta eſt, impellito enſem, eū aduerſarius cū excuſſerit i latus eius ſiniſtrū pede leuo inſilias, et caput aduerſarij trāſuerſario pulſa-bis ictu.

INCISIO CONVERSA Q̃ CVBITVS ADVER-SARII IMPELLITVR.

39



IN ipso accessu ense gladiatorie gubernando uersus aduersariũ, et utrig; coniungimini præponente te sinistrũ nuditate sinistri brachij aduersarij, tua incisione obseruabis. Contingas eũ acie longa, ita ut crux ensis, eius cubito applicetur, et abs te aduersariũ hac ratione propellito. Si uero simili modo te propulerit hostis, sinistro pede sublato circuuerte te in dextrũ, et sic eius incisionem effugeris: interim dextrũ latus supernè petendo caput eius ferias, tũ lęuus in ipso ictu porrigetur, et derepente rursum dextro consequutus ex custodię ictu, qui à similitudine pastorũ, inter greges fustibus iñitentiũ dictus est, caput aduersarij ferias acie longa porrecta. Sin exceperit, tunc ictu alari utere uersus brachium eius dextrũ inferne, Cumq; is sequendo ictũ eũ auertere uolet, repente supernã nuditatem feriendo appetes acie breui. Verũ te aduersario prędicta ratione aggrediente, si sinistrũ pręposueris transuersario utendo partem capitis ipius dextram ferito.

ALIA INCISIO CONVERSA.



ITEM cum utriq; accedendo ad inuicem ensibus coniungimini proximè, diligeter utriusq; brachij obserues hostis nuditatem, et aciem longam dextro eius brachio uersus humerū dextrū adiungito, atq; cruce ensis tui constituta subter eius axillam dextra, eo modo à facie tua propellito. Verū si is te propulerit ratione eadem constitutis pro capi-te tuo manibus crucis instar, tum longissime dextrū crus porrigere nō dubites, sinistro re-tracto, mucrone tuū in eius faciem figito. Sin uero hostis exceperit, celeriter id obserua-bis, ut uersus eius nuditates quatuor, utriusq; lacerti, tū etiam capitis infernè et supernè ferias. Sed si aduersarius te hac ratione fuerit aggressus, tum inclina, atq; ex aratro accingas te, firmiterq; è supernis ferito, excipiente id aduersario, consequere dextro, supernè duplica, infernè mutato, ac uicissim eius nuditates conquirito.

INCISIO INFERNA PRIMA.



QVVM in conſpectum aduerſarij prope peruenerit, num alte uel humiliter contra te athletica arte utatur obſerua. Si alte brachijs ſublatis obuia tibi proceſſerit, inferne eum incidito. Sin uero humiliter, ſuperne perſtringito. Cum autem contra aduerſarium leuu preponens conſtiteris, incidente eo te inferne, ſiniſtro retrorſum reducto, eius enſi longa enſis tui aciem ſi inflexeris, inferna eius inciſionem infre-giſti, et laborando ubicuq; nudus apparuerit, ferias ſuperne uel inferne. Interim tñ cancellatis brachijs aurem eius dextram pulſabis. Si exceperit aduerſarius, admedietatem gladium tuu retrahe, et quaſi referire uelis ſimulato, interea cancellatis brachijs te inflectito, atq; mucronem rurſus in faciem figito ipius aduerſarij a ſiniſtro in eius latus dextrum.

SECVNDA INCISIO INFERIOR.



VTRISQ⁹ gladiatoribus coniunctis, gladijs more athletarum circumuersis, obserua aduersarij nuditatem corporis superne et inferne. et si is e supernis caput fe-riendo appetiuerit, proscindas inferne brachiu hostis. Sin uero tibi ab ipo idem acci-derit, tum pedem sinistru, eius dextro preponere non dubites, et in transuersarium, si deflexeris brachijs transuersis. capitis eius partem dextram feries: atq; dextro in aduersarij latus dextru insilias ex transuersario ictu, et ab eo aciem longam preuer-tendo te auerte. Idem si is usurparit, dupliciter insequendo instabis gressibus et ic-tibus, nec no acie longa prmissa supernā nuditatem quassabis. Cum autem eadem ratione aduersarius te fuerit aggressus, iam regressum, tum rursum introgredere leuo, in-flecte, et tolle ultra caput ensem in latus dextru. tu aduersarij ictus auertitur per gladium tuum, interim capiti eius feriendo appropinquabis.


SVPERNA INCLINATIO EX VTROQ. LATERE.



DEXTRVM

præponito si aduersario appropinquaris, ex latere dextro pro capite ensis caute capulum contineas, et sequutus lęuo, couerte circumflectendo ex inclinatione manibus cancellatis uersus facie aduersarij mucronem. Idem si tibi contigerit, ac tu ipse in inclinatione constiteris contra hostem dextro innitens, tum consequere sinistro, atq; inflexionem acie longa p̄missa transuersis manibus auerte ex parte dextra, inde locū ensis tui infirmū p̄emitte, et è supermis ferias. Aduersario ab eo ictu se defendente, utere transuersario et latus eius dextrū ferias. Sin et hunc auerterit hostis, dextro insequutus, transuersario ictu partem eius capitis sinistram appetito. Cum uero is, p̄dictis usus fuerit, tū recurue eius manus intra capulum ense tuo contingas, et caput aduersarij proscindas.

ALIA EIVSDEM PRECEDENTIS FORMA ET EFFIGIES



LOEVVM pedem pręponere memento, si in aduersarij peruenerit cõspectũ transuersis brachijs, propendente in sinistrũ latus terrã uersus mucrone, intrò progredere dextro, atq; in faciem eius, mucronem impellito ita, ut capulus tuus pro capite constituatur. Cum autem is mucronẽ adegerit tibi, tũ eius mucronẽ auelle acie breui uersus latum tuũ sinistrũ, dextro consequutus, caput eius conscindito. Sin uero in ãio idem aduersarius habuerit, ut consimilj ratione caput tibi proscindat, te dextro innitente, tum acie breui id auertes. Verũ subito loeuo insegueris, et eius caput uicissim constringes acie breui, sed si hostis id exceperit, tum nodum ensis tui supra brachiũ eius dextrũ dirigendo inflectes, conuerte te interim in latus tuũ sinistrũ, statimq; conuersus rursum in dextrum, proscindes aduersarij caput.

HABITVS FENESTRÆ PATVLÆ. QVI PRE"
CLARE MOX INFRA DESCRIBETVR EX VTRAQ~ PARTE.


45



IN habitum hunc ita te adaptabis, præfixo dextro, capulum pro capite tuo, ut pollex manus tua capulo subsit, ex latere dextro sublatum mucronem contineas, et in aduersarium per brachia oculos intendas, inclina ensem in latus dextrum, ingressus inde loeuo, uersus caput aduersarij fortiter ferias, Et si is superne ea ratione te fuerit aggressus, in habitu, qui modo depictus est, consistente, antepositio sinistro ictum eius manibus transuersis acie longa premissa excipito, interimq; conse-quutus cruce dextro, inclinataq; acie breui ex latere tuo uersus partem aduersarij capitis leua ferito. Sin uero idem is contra te usurparit, eum acie breui auertito. Dextroq; insecutus eius au-ri sinistræ inflectendo aciem breuem illidas.

DVÆ INTORSIONES PARITER CVM MV-CRONIBVS.

46



In hunc, qui modo deſcribetur, habitum, hoc modo te prępares. dextrum prefigito, acie breui uerſum te conuerſa, mucro uero in faciem aduerſarij pręmiſſus, tum ſiniſtro conſequutus, prepara te in ictum cuiuũ, acieq; breui enſis tui tranſmiſsa ultra ipius gladium, caput eius aciem longam prępmittendo appetes. Conſiſtens autem etiam dextro innitens in inflexione contra aduerſariũ, isq; hac ratione iam prędicta fuerit uſus, et ſupernè contra te feriat, inflexione duplici utitor, et eius ictui acie enſis tui longa obuiato. Conſequitor loeuo, feriendo. utendo mucronem, proſcindendoq; contra aduerſarium te exerceas. Simili autem ratione aduerſario utente. excipito ictibus crebris ſeu ſupernè ſeu infernè elaboratis, tuq; inciſionibus ex loco firmioj uel infirmiori, quacunq; tandem ratione potueris.

DVÆ INTORSIONES GLADIORV.

47



PRÆFIXO ſiniſtro te hunc in modum ad inflexionem enſis contra aduerſarium adaptabis, aciem breuem enſis tui manibus crucis inſtar formatis uerſus aduerſarium contineto, ſiniſtra manu ſupra dextrũ conſtituta brachiũ, et corpus circumagendo te inflectas proſam, inclinato interim in latus ſiniſtrũ, atq; dextro introgreſſus inflecte uerſus aduerſarij uultum. Sin uero idem ab ipſo fieri intelligis, te uiciſſim in habitu inflexionis contra ipm conſiſtente, dextroq; imitente, longam aciem gladij tui in ipius longa illidito, ac deorſum deflecte acie breui in latus tuũ dextrum uergente, et prope in eius conſpectum accedito in primi congreſſus contactum, ſi uulnera effugere cupias, interim rurſus corpus circũagendo inflectas manu mutata, rurſum nodum arripias, ut in habitu monocerotis conſiſtas, ut manus dextra in capulo tuo prior, ſiniſtra uero poſterior conſiſtat, et mucro vultui immineat. is habitus ab pdicti animãtis cornu dictus eſt, Conſiſtas, atq; uerſus eius faciem uel pectus mucronem impellito.

RATIO TORQVENDI ENSIS VTRINQ;
VNDE INCLINATIO FORMATVR.

48



HAC ratione te preparabis ad inflexionem. sinistro innitens si constiteris, ense ex latitudine pedi tuo sinistro manibus cancellatis adaptabis ita, ut mucro uersus aduersarii porrigatur. Et si superne is caput feriendo appetat, dextro introgedi memineris, torqueas in dextrum latus ensem constituto pro capite capulo, ictuq; hac ratione excipito, sinistro retro eius dextru resilias crure, et ictu cruciato uersus aduersarij caput ferito. Eo si is fuerit usus, pponente te sinistru, tu prædictu, acie ensis tui longa excipies, dextro consequitor, instando, atq; proscindere ut caput uel alias corporis partes non dubites. Sin uero aduersarius eodem te modo fuerit aggressus perstringendo, tum breuem et longa aciem auertito, et inflexionibus utendo aduersarium aggredere ubicuq; absq; defensione apparuerit, seu fortiter ensem seu infirmiter tenens repertus fuerit.

DETORSIO EX VTRIVSQ. LATERE DEXTRO



QVVM in conſpectum aduerſarij gladium more atletarum uſurpando ac-
ceſeris in habitu deflexionis, dextrum prefigens, loeuo conſequutus, aciem breue
inflecte deorſum, mucroneq; longum brachijs cancellatis in hoſtis faciem impel-
lito. Sin idem fieri ab aduerſario intellexeris, ppoſito dextro hac defenſione auer-
tes, loeuo introgreſſus, curue tui enſis acie breui continoas ipius gladij manu
nonnihil inflexa, et ita eius mucronem auerteris. Sed ſi is eadem racione mu-
cronem enſis tui excuſerit, deflectes, & ſupra aduerſarij brachia enſe porrecto
uerſus dextram capitis partem ferito, eodem aduerſario utente, excipito, inferi
inſecutus dextro, contra eius caput acie breui ferias. Si uero aduerſarius uerſus
latus tuu dextru, acie tu longa tu breui porrecta feriat, excipias uiciſsim cum
longa tum breui acie, & conſequutus dextro, proxima nuditatem rimator.

MVCRONIS CONTRA HOSTEM HABI
TVS . EX ICTIBVS CREBRIS FORMATVS



Si digladiando aduersarium acceseris . et is longu mucronem in vultu . seu pectus tuu direxerit , tu dextro uersus illum procedito , atq; acie ensis tui longa , eius mucrone auertito , auerso itaq; , celeriter deorsum inflecte , mutato rursus ad faciem eius superne . Sin exceperit aduersarius sinistro intro consequutus brachijs cancellatis , uersus dextram eius aure desuper ferias . Cum uero racione eadem te fuerit aggressus dextru prefigentem , eu rursus referre non dubites , et mucronem dupliciter uersus aduersarij faciem uel pectus inflectito . Sed si id quoq; auerterit , tu ictu , qui a similitudine pastorum fustibus innitenciu dictus , utitor . Si aut superna tuam nuditatem ferire cupiat , inflectes sursum manibus instar crucis formatis in tui defensionem ingressus dextro , inflecte atq; inclina superne aduersarij caput quassando .

MVCRO CONTRA GLADII IMPVLSIONEM.



IN accedendo ad aduersarium, hoc modo ferito. prepoſito loeuo uerſus uultū ipius uel pectus mucronem impellito, deorſum conſtituta acie breui enſis tui, ſi autem dextro innitens conſiteris, eademq; racione mucrone aduerſarius in te direxerit ſupra tua brachia cancellata, et tu hoc modo mucrone ipi adegeris, aciem breuem in latus tuū dextrū ſi conuerteris, mucrone aduerſarij auertes, interimq; uti poteris ictibus quos uoles, infirmiore uel firmiorem enſis locū uſurpando, crebros ictus feriundo. Sin is te aggrediatur conſimili modo, diligenter mucrone tuo ꝓmisso, eius corporis nuditatem obſeruabis, atq; prefixo dextro, acie longa enſis tui porrecta uerſus caput aduerſarij ferito, Sed ſi celeriter contra te is eadem fuerit conatus, tum ictibus crebris ſeu ſupernis ſeu infernis, tum etiam inciſionibus excipito aduerſariū hincinde factis, ex his itaq; oblidere ipm facile poteris punctionibus, ictibus atq; inciſionibus.

MVCRO CONTRA INSTANTIAM È SV⁄ PERNIS FACTAM.



CVM ad hostem peruueneris, hac racione te preparabis, preposito dextro, aciem longa superiorem ensis tui constitue, capulus consistat pro capite tuo, mucroneq; dirigito uersus ipsius vultum uel collum. Verum is si mucrone eadem racione contra te direxerit, tu loeuu preponito, atq; instato acie longa pretenta ex supernis caput uersu brachijs porrectis, statim uero sinistro conse⁄quutus, in mucrone pendentem te flectito, et rursus desuper acie longa prefixa dextru aduersarij latus ferito. Sin is hoc fuerit usus, excipito eu acie longa, con⁄sequutus loeuo, atq; feriendo transuersarium, dextru capitis latus pulsato. Sed si eum ictum auerterit aduersarius, tu referire subito non dubitabis eodem ictu utendo. Veru, si is contra te dupliciter modo eodem feriat, tum gradu falso eius ictum ex parte corporis tui sinistra deuites, et uersus aduersarij dextram ferias.

EX VTROQ. LATERE. ENSIS RETRACTIO.



HOC modo habilem ad hunc ictum facies te, si primū sinistro prefixo con-
stiteris, et ferias uersus aduersarij latus dextrū cancellatis brachijs, interim ense
in latus tuū dextrū inflectes, dextro pede consequutus, ferias eū ictum qui dr
inferior retractio, ita tn ut capulus ensis tui pro capite consistat, mucro uero con-
tra aduersariū porrigatur. Sin autem ita uersus eum constiteris dextro prefixo, por-
recta acie gladij tui longa ex brachijs directis, tū inclina in latus tuum dextrum,
loeuo consequitor, atq; uerticem aduersarij ferito superne. Sed si is eum auerterit,
utitor transuersario ex ipius latere sinistro uersus caput. Si uero aduersarius
hoc habitu usus fuerit, tum hostem auertes acie breui, et secutus sinistro, feriedo
appetes dextrū eius brachiū. Verū si is id quoq; exceperit, uersus faciem aduersarij
inflectendo feries. Cum autem eadem racione ipse usus fuerit, acie longa ensis tui
auertere non dubitabis, et pfixo statim pede dextro, uersus nuditatem superna
ferito.

ENSIS RETRACTIO PER LONGAM ET ACIEM BREVEM.

54



ITA te in hunc habitu adaptabis, tibijs paribus erectus corporis habitu consistas ensem contineas ante te passis brachijs transuersim, uersum te acie ensis tui breui conuersa, ictu alarem ex latere corporis loeuo inferne arripe, atq; sinistro consequutus, contra aduersarij dextru latus ferito, Sed si fuerit alari usus aduersarius uicissim uersus latu tuu dextru, te dextru præfigente, Curue concidas in ipius ensem, et consequutus sinistro, ex parte utraq; corpus caputq; perstringere hostis poteris, ubicuq; uoles. Si uero is idem contra te usurparit, tum excipies in flexione in ense tuo, consequitor dextro, et feriendo acie breui porrecta caput appetito, Veru subito interim retrahe ensem tuu, et inflecte mucronem uersus aduersarij uultu uel pectus. Si is hoc auerterit, tu arripito ictus erraticos dupliciter, et eis ipis ictibus dextram capitis eius partem ferias.

CONTACTVS ENSIVM EX PRIMO CONGRESSV, ADDITO HABITV ENSIS EXTORQVENDI.

55



QVVM vtriq; rite, more gladiatorio enſe gubernando conueneritis, et inuicē contigeritis gladios, ſiniſtrum prefigere meminerus pedem, et dirige loeuam tuā manū ſupra aduerſarij dextrā, nodū arripiendo, hoc itaq; modo facile ipſi enſem eripies. Sin uero aduerſarius ꝑdictū habitū aduerſus te uſurparit, tum loeua tua manu loeuū ipius cubitum impelles, et ſiniſtrū pedem, aduerſarij itidem ſiniſtro preponens, retrorſum propelles: atq; ſine omni periculo diſcedere ab hoſte licebit. Si autem is eadem racione te retrorſum conetur protrudere, enſem tuū abijcias, et manū tuā ſiniſtram ab aduerſarij gladio remoue, loeuūq; pedem referto, interim te deorſum flectes, atq; manu utraq; eius pedem ſiniſtrū apprehendes, uerſum te attrahes, facile itaq; ſupinū hoſtem ſternes. Cum autem is te hoc modo aggreſſus fuerit, tum collū ipſius ſi arripueris, conuertes faciem eius uerſus ſolem.

CVRVA GLADIORV CONIVNCTIO, QVÆ FIERI SOLET IVXTA VTRIVSQ GLADIATORIS MANVS IN CAPVLO SITAS EX LATERE VTROQ



SI congreſsi fueritis ad inuicem, et locos imbecilliores enſium uſurpaueritis feriendo, tu ipius aduerſarij locū infirmiorē obſeruabis, atq; curue manus eius acie breui, manibus cā-cellatis contingas loeuo prefixo crure. Sin te eodem modo ſit aggreſſus preponentem ſiniſtrum, dextro ſubinde conſequitor, et curuo contra curuū ictum feriendo utitor perſtrin-gendo partem capitis aduerſarij dextrā, inciſionem eius excipies, breuē uero aciem ſupra caput eleuando, locū enſis infirmiorē uerſus latus aduerſarij ſiniſtrū uſurpabis, et caput appetes. Sin aut aduerſarius deſuper ictum prominatū direxerit eadem racione, tu acie longa enſis excipere haud dubitabis, atq; intrim uerſus aure eius dextra brachijs crucis inſtar formatis ferito. Sed ſi exceperit ictu, tu inclina, inflecte, atq; ſubito dirige mucro-nem in faciem uel pectus aduerſarij, et retro feriendo cede.

ENSIVM CONIVNCTIO IVXTA MANVS CVM GLADII IMPVLSV.

57



CVM mutuo fueritis congressi, et utriq; ictus supernos ferire desijs tis, muicemq; gladios iuxta manus coniungere cupiatis, dextro præfixo consistas, loeuo consequitor, et breui acie ensis tui contingas eius manu utranq;, deorsum fortiter eas deprimito. Sin autem dextru preposueris. et sic contra aduersariu consiteris, atq; curue te con-tigerit manibus, tum dextru referas retrorsum, et subleua pro capite tui capulum ensis, ita ut mucro retrorsum propendeat. nec non acriter superne ferias contra aduersarium. Eo autem id excipiente, tum inflectas in transuersariu, et du-pliciter ferias contra eius latus sinistru. Cu uero aduersarius eodem modo la-teris tui nuditatem adpetat, tum ictu incurruo eu auertes, interimq; crure dextro cosequutus, incisione caput eius aggredere, sed si is aiaduerterit, auerteritq;, tunc pede loeuo ad latus eius dextru procedito, et dupliciter contra aduersariu ferito.

ICTVS INFERNI. CVM HABITIBVS. QVIBVS CONTRA HOSTEM IRRVIMVS DE LOCO INFERIORI SVRSVM FERI VNDO.

IN eum habitum hoc pacto te adaptabis, dextrū prępones, brachijs porrectis enſem pro facie tua teneas, acies longa ſuperior exiſtat, mucro uerſus terra inclinetur, et ſi ex ea forma ſiniſtro fueris inſequutus pede, inferne latus hoſtis dextrū brachijs cancellatis pulſato. Sed ſi dextro contra hoſtem conſiſtas, atq; is cupiat inferne aduerſum te inruendo pugnare, acie longa eum aduerſarij ictū remoueas, ſiniſtrū pedem, eius dextro ſi poſtpoſueris, uerticem eius ſauciabis. Verum ſi is idem uſurparit contra te, acie enſis longa repellas, atq; in ſuperna inclinationem enſem deflectas in latus dextrū, interea inſequutus dextro pede, dextram aurē aduerſarij brachijs cancellatis ferias. Verū ſi is eadem contra te ratione uſus fuerit, aciem longam premittendo ictū hoſtis auertas, et dextro rurſum inſequutus, uiciſſim eius dextrum latus adoreditor feriundo.

MEDIVS ICTVS DE LATERE VTROQ.

59



SINISTRO prefixo te in eum ictum preparabis, ex brachijs directis ensis pro corpore tuo de latere dextro constituatur, consecutus dextro celeriter te in eum ictum adaptabis, qui est ita constitutus, ut capulus iuxta aure dextram, mucro uero uersus aduersarii sit directus, atq; inoredere loeuo, aure eius dextrā quassabis. Aduersario id excipiente, subito contra caput ferias. Sin aut rursus ad aliud latus supra tui defensionem referiat, te dextrū pedem prefigente, tū ensem tuū de aduersarij gladio remoue sursum, regressus dextro, cancellatis brachijs pungendo in eius pectus ensem dirigito. Cum uero is eadem ratioē cotra te fuerit usus prædicta scilicet, breui ensis tui acie id auertito, inde consequutus pede dextro, strīgendo caput appetito. Sed si incisionem hostis exceperit, dextrum referre retrorsum memineris, et mucronē in uultū aduersarij propellito. Si autem cōsimilj modo cotra te mucronē direxerit, eū acie lōga auertes, utitorq; ictu, qui á similitudine Strabonū sic dictus, nec nō ictu, quo uertex aduersarij petitur, ijs ferito eius caput.

ICTVS ERRATICVS CONTRA ICTVM QVI DICITVR ARATRꝝ CVIVS SVPRA FACTA EST MENTIO LVCVLENTA ADDITA DESCRIPTIONE



Si prędictum ſcilicet erraticum ferire uolueris, loeuū prępones, atq; enſē recta pro te por-
rectis brachijs continebis, ita ut acies enſis tui longa inferior conſiſtat, dextro pede mox in-
ſequutus, dupliciter ictum erraticū ferias ex parte corporis tui ſiniſtra, uerſus aduerſarij
latus dextrū. Cum uero in habitu aratri manibus cancellatis contra aduerſariū lęuo pede
prędixo conſtiteris, uerſo mucrone contra hoſtem, iſq; duplici erratico fuerit uſus, tum
introgredi dextro haud dubites, et inflecte ſurſum ultra caput capulo ſublato, ita ut retror-
ſum mucro uergat de tuo latere dextro, et ſi enſem inclinaueris, enſem eius concidere omi ui
amiſſa neceſſe erit. Interim partem capitis aduerſarij dextram appetes. Si id exceperit, lęuo
conſequitor, atq; uerſus latus eius dextrū manibus cancellatis ferito. Sin uero idem aduerſa-
rius contra te uſurparit, tum acie longa auertere memineris, ſiniſtro mox inſequutus, recta
ferias eius uerticem.

DVÆ NVDITATES EX LATERE SINISTRO.

61



CVM utriq; inuicem gladio rectè gubernando concurreritis, loeuu preponito, et nuditatem superiorem aduersarij diligenter obseruato, interimq; acie longa premissa uersus aduersarij capitis nuditatem superne ferito. Cum autem contra ipm dextro innitens consistas, atq; nuditatem lateris sinistri appetieris, referto retrorsu dextru, inflectito sursum capulo pro capite tuo leuato, superior ut sit acies gladij tui longa, itaq; hac ratione ictus aduersarij infirmari potest: ac subito ensem arripito dirigendo retro caput anteuersum, et propellito mucronem de latere tuo sinistro in aduersarij dextrum uersus faciem. Si is eo modo te fuerit aggressus, auertes acie longa premissa, subitoq; interea caput appetes, excipiente id aduersario, referre sinistrum non dubites, et inferne uersus eius brachiu dextru ferias, rursumq; sinistro pede consequutus, nuditates eius hinc inde, ubicunq; adportat rimator.

DVÆ EX LATERE DEXTRO NVDITATES.



SI in conſpectum aduerſarij peruenieris pede dextro priori innitens, eius lateris dextri nuditatem obſeruato acie enſis tui longa ꝓmiſſa brachijs porrectis. Cum autem is dextrũ corporis tui latus appetat, eũ auertere noli, Verum uerſus caput eius ferito, Sed ſi is idem uſurparit, tum enſem ſupra caput eleuabis, atq; retro aduerſarij pede dextrum tuo loeuo reſilias, utitor ictu, quo uertex appetitur. Si uero eũ ab ipo fieri animaduerteris, intro procedito innitens dextro, et ſupra eius brachium utrũq; feries, et eo ipo habitu à te poteris aduerſarium propellere. Si autem is eadẽ fuerit ratione uſus, fortiter hincinde ferias, curabisq; ut prior ferias, interim uero locũ firmiorem et infirmiorẽ enſis aduerſarij diligenter obſeruabis, nec non ab utroq; latere eius nuditatem proximã quẽrito, et ſi id exceperit, tũ mucronem enſis tui inflectes uerſus eius uultum uel pectus.

QVEMADMODVM LOCVM FIRMIOREM ENSIS ET INFIRMIOREM SENTIRE VEL OBSERVARE LICEAT.

63



Si ensibus mutuis concurritis inuicem in senciendo, tu dextru preponito, interiq; nu firmiter uel infirmiter ensem teneat, obseruato, si infirmu et mollem aduersariu intellexeris, introgreditor sinistro pede, et uersus aurem aduersarij dextra brachijs instar crucis formatis ferias. Cum uero eu firmu gladio esse perceperis, et acriter resistentem, tum locum infirmiore inclinato, ac uersus caput superne ferias. Sed si is idem contra te usurparit ex loco ensis infirmiori superne dextru præfigente, tu longa acie prmissa auertere haud dubitabis, inde incurue ensem dirige, atq; eo ipo ictu proximam nuditatem incîdas lateris aduersarij loeui. Sin uero is eodem modo usus fuerit, ictu qui dicitur Curuus auertito, interimq; subito incidendo caput hostis appetito, excipiente id aduersario, inflectendo mucrone contra faciem eius impellito, atq; dupliciter ictibus et passibus instato, et si idem tibi insiterit eadem ratione, inclina, et inflecte, atq; in dextru latus tuu resilias superna nuditatem inquirendo.

CVSTODIA CANCELLATA.



IS habitus sic se habet, ensis tui mucro humo sit infixus, nodus sursum uergat, capulum uero manibus cancellatis contineas, isq; habitus utrinq; exerceri potest, sicut iam describetur. Cum igitur in eo habitu constiteris cancellatis brachijs loeuo innitens, atq; aduersarius superne caput feriendo appetat, dextro consequutus, acie breui ictum eius auertes, subitoq; uersus uerticem ferias. Sin uero etiam in habitu pnoiato scilicet brachijs cancellatis ensis capulum tenens consistas prepposito sinistro, tu dextrū pedem retro loeuū tuū reponito, atq; ictum aduersarij acie longa porrecta auertito, uersumq; eius collum si inflexeris, incidendo uel rumpendo sauciare poteris secundum tuum arbitriū. Si uero is te incidendo loedere cupiat, loeuo insequitor, et transuersario capitis aduersarij partem sinistrā petito. Si autem exceperit, tu brachijs cancellatis contra dextrum aduersarij latus latus ferito. Verū si is hac racione te aggressus fuerit, acie longa ensis tui excipere meminerīs, interimq; pungendo, feriendo, perstringendoq; aduersarium exerceto.

ICTVS QVI À MVTANDO DICITVR MV-TATORIVS. AB VTROQ3 LATERE.

65



QVVM in aduersarij conſpectum prope fueris progreſſus more gladiatorio enſem uſurpando, atq; ictum prędictum ferias, prępoſito ſiniſtro, inferne uibrato enſem ſurſum contra faciem aduerſarij, breuij acie locum ſuperiorem habente, dextro inſequutus, uerſus capitis eius partem dextra acie longa pręmiſſa ferias ſupernè, conſiſtente uero te contra aduerſariũ in ictu mutatorio prænominato, prępoſito etiam ſiniſtro, atq; is è ſuperiis referiat, dextro mox inſequere, et excipito eum acie longa porrecta, interimq; inferne manibus tranſuerſis uerſus latus aduerſarij dextrũ ferito acie longa enſis tui prmiſſa. Verũ aduerſario id auertente, tum rurſus ictum arripito inferne, et dupliciter mutato uerſum eius caput. Sin autem id ab aduerſario factum fuerit, ac obſeruaris, eum excipito acie breui, atq; longa caput eius quaſſato, ſed ſi exceperit hoſtis, tũ tranſuerſariũ uſurpando brachijs cancellatis dextram aduerſarij partem capitis appetito.

DVO CASTRA EX QVIBVS FORMATVR
MONOCEROTIS HABITVS

66



Is habitus nomen ſortitus eſt ab animante Monocerote, ſicuti em Monoceros vni cū cornu ex fronte enatū occurſantibus porrigit, ita athletæ enſe, aduerſarijs uti ia cognoſces ſublato minantur quaſi cornu ferire uelint. Cum igitur uoles exercere habitum iam ꝓdictum, qui nomē à Monocerote ſortitus eſt per Germanos, huc in modum te ꝓparabis, loeuū prefigito, rectā ferias, tanq; humū tacturus ſeu percuſſurus, interim ſurſum duplicabis, et manū tuā ſiniſtrā ab enſis tui nodo remouebis, dextro inſequitor, ac manu leuiter muerſa nodū corripito, ita ut pollex ſuperior appareat, atq; mucrone hoc modo in facie aduerſarij propellito. Si uero is mucrone in faciem tuam racione eadem adegerit dextrum te proponente, tu acie longa ꝓmiſſa enſis tui mucrone auertito, inſecutus ſiniſtro celeriter uerſus caput ſuperne acie longa porrecta ferito. Verū ſi aduerſarius id contra te uſurparit, excipies, et ſubito permutando inferne traſibis in inciſuram inferna, eadem racione incidendo brachiū appetito, ſi id excipere uolet aduerſarius, tu ſurſum iterū inflectes ſinistro crure conſequutus proximā, quecunq; appareat, nuditatem queres.

AVERSIO SVPERNA EX QVA NVDITAS QVESITA FERIATVR.

67



CVM ad inuicem fueritis congressi sinistrum preponito, et quesita nuditate superna ferito, insequutus dextro, ictu iterato celeriter superne uersus partem capitis aduersarij dextra ferias, si exceperit ipe, tu iuxta eius gladium ensem tuu tolles, quod auersu dicitur supernè, uel ex utroq; latere exceptu, et i aduersarij facie mucrone figito. Cu autem contra ipm dextro innitens consiteris, ensem te sub axilla sinistra continente, ac is uersus faciem tua mucrone direxerit, tum mediu ensis tui corripito, eleuato ad caput, atq; eo ipo habitu, qui Corona nobis Germanis dicitur. i. altera manu capulu, altera uidelicet sinistra ensis mediu si tenueris, mucrone aduersarij auertito, eademq; ratioe impellere in eius faciem uel pectus, tuu mucrone, itidem nodu capiti ensis tui poteris inpingere. Sin uero aduersarius idem contra te fuerit molitus, uicissim supra comemorato habitu excipies, interim in faciem eius mucrone ensis tui infigito, atq; nodo caput aduersarij contundes.

HABITVS VNDE EXTORQVERE ENSEM ADVERSARII VELLENDO POTERIS

68



VOBIS inuicem prope congreſsis, & clypeos. 1. locos enſis latiores infra gladij cruce attigeritis, ſiniſtru pręponito, atq; uerſus aduerſarij latus ſiniſtru acie breui pręmiſsa ferias. Verum ſi is ſiniſtrum appetat, te innitente ſiniſtro, cur- ue in gladium eius incide, tuu dextrum retro ipius loeuu dirigito exterius, tu ad- uerſarij gladius ſub axilla tua ſiniſtra inſinuabitur, dextra tua capulu eius adpre- hendito, operq; ſiniſtra dextrę manuj ferto, reflecteq; in latus ſiniſtru, et proſternito aduerſariu, uel gladiu euellito. Sed ſi is idem aduerſus te facere conetur, enſe illi permittes, ſed dextra manu, manu eius dextra anteriore corripito, manu uero tua ſiniſtra dextru aduerſarij cubitu, eu interim propellito, et hoc modo brachiu infringes. Si aut id aduerſarius conetur, obſeruauerisq, tu in latus eius dextru loeuo recedes pede, et dextrę manuj tuæ læua ſi ſubueneris, periculum facile vi- tabis, ne tibi brachiu diſrumpatur.

ICTVS MVTATORIVS. VNDE DVO MVCRONES PROGREDIVNTVR.

69



HVNC in ictum uel habitu ita te adaptabis, prepoſito pede ſiniſtro, enſem celeriter ante faciem aduerſarij uibrabis, ut acies enſis breuis ſuperior adpareat, atq; enſe de latere ſiniſtro inflexo, in faciem mucrone manibus cancellatis conuertito, interimq; ſi dextro inſecutus fueris mucro dupliciter aduerſario obuiabit. Si uero in mutatione perſtiteris contra eũ dextro prefixo, et duplicem mucrone aĩaduerteris, dextrũ referto pedem, atq; acie enſis tui longa auertere haud dubites, interim breue aciem in gladiũ aduerſarij conuertes, rurſuq; crure ſiniſtro intro procedes, et ipius enſem imprimito tuo brachio dextro, hac itaq; ratioe perſtringere eius nuditatem ſupernam licebit. Si aut is idem aduerſum te fuerit molitus, tu ictu curuo auertito, ſimul etiã uerſus caput incidendo impiger eſto. Excipiente id aduerſario, in mucrone pendentem inflectes capulo enſis tui pro capite conſtituto, inſequitor ſiniſtro, et dupliciter in uultum aduerſarij inflectito mucronem.

HABITVS 4 MONOCEROS DICITVR QVI SVFFICIENTER DESCRIPTVS EST SVPRA NVMERO LXVI. ADDITO AVERSIONIS HABITV ⊣




DIGLADIANDO cum aduersario appropinquaris, huc in modu te in prędictum habitu prępparabis, sinistru ꝑponito, brachijs conuersis pro capite tuo co⸗ formatis ita, ut acies breuis inferior appareat, mucro uersus aduersariu ſit directus, dextro consequutus mucrone in faciem uel pectus eius impellito, interim in transuersa⸗ riu inflectes, et uersus dextru aduersarij latus manibus cancellatis ferias. Sed si hostis contra te eodem ensis habitu fuerit usus, lœuu prefigito, et habitu prenotatum acie longa ꝓmissa auertes, consequere crure dextro, atq; superne acie ensis tui longa caput eius sauciato: excipiente id aduersario, tu hinc inde ex alia nuditate subinde alia querito superne et inferne feriendo. Vbicuq; nudus adparuerit. Sin aut is eode modo contra te laborarit, tu celeriter cura ut aut illu prævenias, uel si nequeas, tame subito illum feriundo subsequaris.

MVCRO DEXTER ET SINISTER.



HVNC in modũ te in mucrone ſiniſtrũ adaptabis, prẽfigito crus dextrum, atq; enſem contineto brachijs directis ſupra caput, ita ut retrorſum mucro uergat, conſequutus ſiniſtro, mucronem in faciẽ aduerſarij impellito de latere tuo ſiniſtro uerſus ipſius dextrũ. Verũ ſi is exceperit, tu in mucrone pendentem te conuertas, et dupliciter uerſus aduerſarij latus ſiniſtrũ ferias. Sin aũt dextro innitens contra eũ conſtiteris capulo pro capite conſtituto, mucrone uerſus aduerſariũ directo, atq; dupliciter contra te referiat, excipito, inde autem loco enſis tui infirmiori dupliciter utitor, interimq; proximas nuditates ſuper nas duas quẽrito. Cum uero is modo eodem fuerit uſus, auertes, ſubitoq; acie breui contra caput ipius ferito, ſed ſi id exceperit, tum celerrimè inflectito in faciem aduerſarij, inſequutusq; pede dextro, ſuperne eius caput gladio tuo quaſſabis ſtrenuè.

QVEMADMODVM MVCRONEM IMPEL-
LERE POSSIS IN ADVERSARII VVLTVM EX PRIMO EIVS ENSIS CONTACTV



ITEM si congressi prope fueritis, et inuicem gladios contigeritis, dextrum prępo-
nito, et ex primo ensis aduersarij contactu lœuo insequitor. contra eius nuditatē superne
ferias, et si is idem contra te usurparit, ꝓponentē sinistrū excipies. Sin uero ensē rur-
sus arripuerit, et referire cupiat, tū inter utraq; tua brachia uersus eius faciem nodū
ensis tui impellito, et ita eius brachia separabis ab inuicem, tum eciam caput aduersa-
rij perstringere, incîdere, atq; figere poteris. Si autem id ab eo āiaduerteris fieri, no-
dumq; ensis sui eadem ratione impegerit, tu manibus tuis ipius brachia fortiter de-
primito, interimq; incîdendo uersus caput eius ferias. Cum aut idem is usurparit,
tum aciem ensis tui longam, illius brachio dextro adiungito, uellito, et perstringito
ex latere tuo dextro uersus proximam aduersarij nuditatem.

EX ARATRO HABITVS SEV CASTRA ADVER"
SVS ICTVM SVPERNVM



DEXTRVM prępones, enſem contineas per latitudinem, porrecto uerſus humiu mucrone, et ſi ictum feriat ſupernu contra te, tum ſiniſtro procedes, atq; tan-cellatis manibus ictum auertito acie longa prępiſsa, uerſus faciem aduerſarij mucro-nem ex latere eius ſiniſtro, ſi conuerteris in mucronę propendentę inflectes. Cum autę is modo fuerit eodem uſus contra te, prefigentę dextru, tu pede ſiniſtro in latus eius ſi-niſtru proſilias, atq; punctione auertito, et dextro in latus aduerſarij dextru procedito, feriasq; celeriter uerſus caput ipius ſuperne: excipiente id aduerſario, duplicem ictum cu mucrone arripito, et enſe tuo proxima nuditatę pulſabis. Cum uero aduerſarius idem uſurpabit, dextro crure inſequutus inclinabis et inflectes uerſus ipius ictum, hac itaq; ratione ictus hoſtis eſt auerſus, interim autem ſubito brachijs cancellatis uerſus partem aduerſarij capitis dextram ferito.

ICTVS DVO. QVIBVS CAPVT SVPERNE AD PETITVR.

74



SI in aduersarij gladio vegendo more athletico conſpectum peruenerís, ſiniſtrũ ꝓponito, atq; ictum ipius diligenter obſeruato, et ſi is uerſus caput tuum ferìat ſupernè, tum dextrũ leuo tuo poſtpones, capulũq; ſurſum pro capite tuo ſi inflexeris, ab enſis tui latitudine aduerſarij ictus delabetur, et dextro inſequutus pede, uerſus eius uerticem ſupernè ferias. Si uero te modo eodem fuerit aggreſsus aduerſarius, ſiniſtrum prefigentem, ictum eius acie breui prẽmiſſa auertito, acieq; longa faciem proſcindas. Cum uero is idem conari uolet, tum abenſe tuo manũ læua remoue, atq; dextrũ aduerſarij cubitũ ſi impuleris, facile eũ abs te repelles. tu etiã ita infirmũ reddideris aduerſariũ, ut omnes ſuos labores fruſtra, quoscunq; ſuſceperit, ſumat.

QVO NAM PACTO ADVERSARIO VELLENDO ERIPI QVEAT ENSIS.



QVVM digladiando ad inuicem congressi fueritis, crure sinistro procedito, eoq; innixus, uersus partem aduersarij capitis dextra ferias superne. Cu uero etia lœuo imitens constiteris contra eu, et is uersus latus dextru tuu referiat, longa essis tui acie excipito, atq; in ipa auersione uel exceptione ab ense tuo manu dextra remoueto, eaq; apprehendito aduersarij sinistra. Si uero is ab ense suo manu dextra seiunxerit, et arripere tua leua fuerit molitus, tu quoq; lœua tua remoue ab ense, atq; ipius gladiu pariter tuo adiuncto arripe, et dextrum retro ipius pedem sinistru reponito, interimq; in latus tuu sinistru si te auerteris, ensem aduersario exipueris. Sin aut tibi gladium extorquere conetur, permittito illi, sed manu tua sinistra, eius cubito dextro applicabis, atq; eo habitu si in latus tuu dextru deflexeris, brachiu aduersarij disrumpes,

QVO MODO ADVERSARIVS VELLENDO SIT PROSERNENDVS.




SI prope aduersariũ acceſseris lœuũ prefigere memineris, et enſem eius primo ictu contingas, et ſi firmiter ictu eo gladiũ tenens inuentus fuerit, nodo enſis tui concide impellendo ſupra aduersarÿ brachia, atq; eũ ad te adtrahito. Sed ſi is idem contra te uſurparit, tum dextrũ, eius pedi ſiniſtro poſtponito, enſem abÿcito, et manu tua ſiniſtra mentum aduersarÿ apprehendito, dextraq; ſiniſtri pedis eius partem, quæ paulo ſupra poplitem exiſtit, et hac ratione eum reÿcere poteris proſternendo. Si autem te eodem modo fuerit complexus, tum apprehende manu ſiniſtra enſem aduersarÿ iuxta mucrone, atq; colli eius gladio tuo inter manus tuas attingito, et aduersariũ ea ratione facile repulseris, tum te miſſum facere aduersarius cogetur. Verum ſi te conſimilÿ modo aggreditur hoſtis, retrorſum te flectes, et inciſione duplici uerſum caput ipſius incidendo utitor, acie tum longa tum breui enſis tui præmittenda.

DVÆ IRRVPTIONES EX QVIBVS ITIDEM DVÆ PROFICISCVNTVR INCISIONES.


77



QVVM in conſpectum aduerſarij proceſſeris, dextrũ prẽponens, eo ictu utaris, qui regitur ab aure dextra uel ſiniſtra mambus cancellatis, feriundo ſupernè uerſus latus aduerſarij ſiniſtrũ, ſiniſtro crure ꝫſequitor, atq; apprẽhende enſis tui locum latiorẽ iuxta crucem paulo tamen inferius manu dextra, et hoc modo per facie ſtrin-gendo aduerſariũ lædito. Conſiſtente uero te contra ipm, lœuoq; imitente, idemq; ad-uerſus te moliatur, manũ lœuã ab enſis tui capite remouebis, et inter utrũq; aduerſa-rij brachiũ enſem tuũ tranſfigito in faciem eius directo mucrone, interim aũt manu tua ſiniſtra ſupra aduerſarij brachiũ dextrũ anteriorẽ enſis tui partẽ apprehendito, introgrediens pede dextro contra aduerſariũ, enſem uerſus latus tuũ ſiniſtrum in-flectes ita, ut nodus enſis tui ſuperior appareat, hoc itaq; modo utrũq; eius brachiũ proſcindas, tũ etiã ratioe eadem nodũ impellere uel in facie eius uel pectus poteris.



DVO IMPVLSVS PARITER CVM SVIS MVCRONIBVS



PRÆPONENTE te pedem dextrum, si mucrone in latus aduersarij sinistrũ impuleris ita, ut acies ensis tui breuis inferne sit conuersa, capulo pro capite constituto, lœuo insequitor, atq; aciem breue uersus faciem uel pectus eius inflectito. Excipiente id aduersario, tu lœuũ pedem referto retrorsum, ac usurpando transuersariũ, sinistrum eius latus adpetito. Cum uero idem ab aduersario tibi acciderit innitente te sinistro, et pro capite tuo capulum brachijs in modum crucis constitutis teneas, statim dextro consequêris, atq; conuertas auertendo eius ensem gladio tuo in latus tuum sinistrũ acie breui præmissa, inde sinistro consequutus acie ensis tui longa caput ferire poteris aduersarij, uel perstringere. Sin is tibi ratione eodem obuius fuerit factus, curue in ensem eius tuo incidas gladio, interimq; introgredi rursus lœuo memineris, atq; incîdito partẽ capitis aduersarij dextrã, uel ubicunq; nudus apparuerit hostis.

QVA RATIONE ADVERSARIO GLADIVM EX-TORQVERE POSSIS, ADDITA PARITER INCISIONE.



PEDE dextro præfixo hoc modo in habitū prænoiatum te adaptabis, ictum accu-ratè aduersarij obseruabis, Inde acie longa eius caput proscindas. Consistente uero te pede sinistro contra aduersariū, isq; te superne perstringit, tu supra eius manus cur-ue incide, sinistrū brachiū inflectendo regas supra eius brachiū utrūq;, eoq; ipso habitu i latus tuū dextrū conuellito, et eripies è manibus gladiū hostis tui. Sed si is idem perfi-cere conetur, concedito ensem, uerum sinistrū tuū pedem, ipsius sinistro postpones, atq; manu dextra eius partem colli anteriorē apprehendes, sinistraq; aduersarij popli-tem lęuū, facile hoc itaq; modo precipitare hostem poteris, ipo aut idem molientē ad-uersus te, ensem pariter et tu abiyce, et manu dextra arripe eius brachiū sinistrum interius & manū lœuā aduersarij collo plicato, inde dextrum pedem ipius sinistro postponito, & aduersariū supinum obturbato.

EX PRIMO ENSIVM CONTACTV QVA RA
TIONE GLADIVM ADVERSARII MANIBVS LICEAT EXTORQVERE



CONGRESSI si gladios inuicem contigeritus, te dextrũ prẽponere, tũ brachiũ sinistrũ super aduersarij brachiũ dextrũ nodo ensis tui injciendo inflectes, sinistrum pedem, eius sinistro ꝑponas, inde si te conuerteris in latus tuũ dextrũ, ensem aduersario extorquebis. Si autẽ consimili ratioe te hostis adgrediatur, atq; deflectat, tũ manũ sinistrã ab ense tuo remouebis, atq; aduersarij cubito loeuo eã admouebis infernè, nec non abs te eũ propellito. Aduersario autem idem conante perficere, gladiũ utrũq; abjce, atq; manu utraq; apprẽhendito eius brachiũ sinistrũ, si inflexis, brachiũ aduersarij infringes. Sin uero is tuum infringere brachiũ eodem modo statuerit, tũ manu sinistra eius manũ dextrã ex parte anteriorj arripito, surſuq; si leuaris, te facile liberabis, ne infringere brachiũ possit aduersarius: Interim autem dextra manu ipius collũ prẽhendito, atq; firmiter in aduersarij poplitem pede tuo injecto supernè si is fuerit propulsus, hostem supinum prosternes.

IMPVLSVS CONVERSVS. SIMVL ETIAM MO-
DVS. QVO ADVERSARIVS POSSIT PROSTERNI.



SI aduersarium acceseris, tanq; caput eius feriendo tundere uelis supernè, simulato, interi ab ense manu sinistra seiunges, apprendito eius poplitem sinistru, firmiterq; ad te attrahito, nodum ensis tui supernè uisui infligito. Et si te modo haud dissimili fuerit complexus, tu itidem manu leua ab ense tuo remoueto, illiusq; dextru cubitu debilitando impellito, regedo nodo supra brachiu aduersarij dextru, eoq; habitu uersum te attrahes, inde si eo modo cubitu infirmando apprehenderis sursum si leuaris, brachiu ei licebit infringere, moliente id aute aduersario contra te, ensem tuu abijcito, atq; mentu eius, manu dextra impelles, tu supi-nus aduersarius agetur. Sin autem te hostis supernè et infernè fuerit complexus, teq; cupi-uerit sternere, contingente te cubitu eius dextru manu sinistra, infernè pedem sinistru uersus te attrahito, supernè propellito, et periculum, ne consternaris, deuitabis.

QVA RATIONE VISVS, SIMVL ETIAM LATVS IMPVLSV ADPETATVR.



DIGLADIANDO cum aduersario adpropinquaris, dextrũ pedem proponito, atq; uersus dextrũ eius brachiũ ferito. Verũ id si exceperit aduersarius, te prẽparato, quasi superne feriturus contra ipm, subito interim nodũ ensis tui in ipius faciem impellito. Si uero id ab aduersario fieri obseruaris, tum dextro pede, eius pedem dextrũ interius prẽcedas, caput tuũ si per brachiũ aduersarij dextrum exeras transeudo, impulsum eius effugere licebit, interimq; nodũ tuũ in latus eius dextrũ torqueto. Verũ si aduersarius idem moliatur uersus latus tuũ dextrũ nodum ensis impingendo, tum ensem ex acie breui aduersarij collo adiungito. Sed si id ab aduersario tibi contigerit, dextrum pedem si retuleris, ferire, incidere, atq; pungere eũ poteris. Cum autem is interea contra te elaborarit feriundo, tum uicissim loco firmiori ensis et infirmiori utitor, ita, ut priores partes adeptus, proximam eius nuditatem adpetas.

IMPVLSVS EX GLADII LOCO FIRMIORI AD INFIRMIOREM.



CVM ensibus rite regendis, more gladiatorio adinuicem fueritis congressi, gladiosq; muicem ex primo congressu contigeritis, ensem abÿcito, dextro prepo-sito, capiti tuo uentrem aduersarÿ impelito, inde etiam manibus utrisq; apprehen-dito eius poplitem utrunq;, et ea ratione supinum sternes, tum etiam eleuando ultra caput tuu reÿcies. Veru si te eodem modo arripuerit, fueritq; conatus idem ut tibi contingat, si supernè in eius caput nodum ensis tui illiseris, aduersarius te relinquet. Si autem animaduerteris eum modum impulsus contra te fieri ab aduersario, tum brachijs ambobus eius brachia adprehendito, eoq; habitu sursu tolles, interimq; pedem lœuu post aduersarÿ dextrum reÿce, inde supernè eum si propuleris, supinu sterni eum oportebit. Moliente idem aduersario, uicissim ensem tuu abÿcies, atq; medium manu utraq; si arripueris aduersariu, uel asporta-re uel sternere eum tibi licebit.

ICTVS ET HABITVS EX QVO POTERIS ADVERSARIVM CONVERTERE.



QVVM conueneritis, feriundo superne caput aduersarij adpetito. Sed si is idem moliatur, excipito, subitoq; dextrum tuum pedem aduersarij dextro præponito interius ab ense manum sinistram remouento, atq; dextrum eius cubitum impellito, contingente te acie ensis tui longa præmissa manum aduersarij dextram iuxta ensem, si firmiter abs te manu sinistra propuleris, aduersarium conuertes. Et si idem hoc modo usus fuerit contra te hostis, remota manu sinistra ab ense, dextrũ pedem referes retrorsum, et te ea ratione liberum reddes ab aduersario, acieq; longa superne uersus eum ferito. Sin uero ex prænominato habitu te euitarit uersusq; caput superne ferierit tuum, celeriter ensem alleuabis rursum, iterũq; nodũ ensis tui manu sinistra apprehendes, et eo modo caput aduersarij conquassabis.

QVEMADMODVM ADVERSARIVS SIT CONVERTENDVS VNÀ CVM CVBITI IMPVLSV VEL CONTACTV

85



In conſpectum prope ſi alter alterius enſe rite gubernando peruenerit, dextrũ prẽfigito, atq; ictu infero acie longa prẽmiſſa uerſus latus aduerſarij ſiniſtrũ, ita tamen ut capulus pro capite tuo conſiſtat. Sed ſi is ictu fuerit uſus eodem, te dextro crure innitente, excipito, Verũ interea ab enſe tuo manũ dextrã ſeparato, atq; eius cubito dextro eam adplicato, inſinuãdo caput tuum per aduerſarij brachium dextrum, enſem poſt abijcito, manuq; ſiniſtra locũ dextrę apprehendito, et dextra anterius ipiius dextrã. hoc itaq; pacto brachiũ aduerſario licebit infringere extrinſecus uel intrinſecus. Si uero idem contra te efficere uolet, tũ manum tuã ſiniſtrã ab enſe remoueto, eamq; illius dextro cubito admouebis, pede ſiniſtro inſequitor, uiciſſimq; gladiũ abijcito, poplitem dextrũ, dextra manu ſi arripueris aduerſarium proſternere poteris.

CVBITI CONTACTVS PARITER CVM CONVERSORE.



CVM prope fueritis congreſsi more athletico enſibus regendis, inuicemq; gladios ex primo congreſsu contigeritis te ſiniſtrū prefigente, tū manū ſiniſtram ab enſe tuo remouebis. eamq; adiungito dextro aduerſarij cubito, retrorſum protrudito. et eū conuertes. Sin aūt ex primo congreſſu eius gladiū contigeris, et idem uerſus te uſurparit, pedem dextrū referto. tum ex habitu prædicto euades. interimq; inferne ex latere corporis tui dextro uerſum aduerſarij brachiū dextrū ferire memineris. Sed ſi is ictu eodem contra te utatur, acie enſis tui longa eū excipito. curuèq; ad latus eius ſiniſtrū coincidas feriūdo, ſubitoq; aciem breue auri aduerſarij inflectendo admouebis. Cum id aduerterit hoſtis, tum dextrū pedem ipius dextro pręponito. ſurſumq; in tranſuerſario mutabis. curuè in eius latus dextrū ſi inciderīs, faciem aduerſarij eo modo perſtringes. uel partem eam, quęcunq; nuda apparuerit.

QVA RATIONE ADVERSARIVS PER MANVS PROSCINDI QVEAT. PARITER ADDITO HABITV INSTANTIÆ.

87



Si in aduersarij conſpectum prope peruueneris, dextrũ prefigito pedem, atq; acie longa utendo ex ictu infero à latere loeuo, uersus eius dextrũ latus inter aduersarij brachiũ utrũq; inde uero retrorsum te ſi conuerteris, per manus eius enſem tuũ incîdendo producas. Verum ſi aduerſarius idem contra te moliatur, ſiniſtrũ pedem ꝓpomito, inſequitor inſtando atq; acie enſis tui longa caput eius perſtringito. et ſi uiciſsim eũ modũ aduerſus te uſurparit, enſis latitudine ictum auertito, dextro regreſsus, uerſus eius brachium dextrum ferito, aduerſario eũ ictum excipiente, tum duplici ictu erratico, quo corpus eius minus cõfingas, utitor, atq; latus aduerſarij ſiniſtrum appetito, interimq; inclinato et inflectito, nec non mucronem enſis tui in faciem aduerſarij uel pectus impellito.

QVA RATIONE ADVERSARIVM POSSIS SIMVL CONVERTERE, ET PERSTRINGERE INCISIONE



Si gladio rite regendo ad aduersarium progressus fueris dextrum præponito uersusq; eius caput ferito. Sed si is uicissim nuditatem supernã feriundo quærat, atq; uersus collum tuũ inflectat, tum ab ense tuo manũ loeua separato, atq; gladium utrũq; arripito uellendo. Sin autem aduersarius idem moliatur, te sinistrũ preponente pedem, dextro statim insequutus, proximã nuditatem pulsato. et abs te eũ propelles, atq; ea ratione eum conuerteris. Subito interim aliam ex alia nuditatem appetes, ictibus, incisuris, atq; punctionibus utendo, ubicũq; absq; sui defensione nudus repertus fuerit. Verum si is crebris ictibus punctionibusq; te aggreditur, inferne et superne acie tum longa tum breui præmissa auertito, subitoq; uersus nuditatẽ proximã ferias. excipiente aũt aduersario. celerrime alia eius acquirito. Cumq; is tuas eadem ratione quæsuerit, tum transuersarium usurpando duplicẽ uersus aduersarij latus dextrum, feriundo retrorsum te conijcias.

AD QVEM MODVM STERNENDVS SIT ADVERSARIVS, PARITER MVCRONEM VSVRPANDO

89



QVVM congreſſi fueritis, in prædictum habitum hac ratione te preparabis. prepoſito pede dextro ſimul cum aduerſario ſuperne ferias, interea aut manum tua ſiniſtram ab enſis tui nodo ſeiunges. atq; ea mediũ enſem apprehendito. enſem aduerſarij capulo tuo uerſum te attrahito. et ſi mucronẽ eius collo adiunxeris. hoſtem proſcindes, inde in latus tuũ ſiniſtrũ deprimito. atq; pede ſiniſtro eius pedem dextrũ ſi ſurſum leuaris. aduerſarium proſternes cũ mucrone. Verũ ſi eadem contra te molitus fuerit dextrũ preponentem, tu leuũ pedem in eius latus dextrũ dirigito. ſurſumq; aciem longa firmiter tendito. capuloq; ſupra caput eleuato, ne proſternaris, tibi cauebis, interim uero loeuũ referto, et uerſus nuditatem ſupernam ferito: excipiente id aduerſario, inclinabis, inflectes, et mucronem in eius faciem pungendo impellito.

INCISIO ADDITO ETIAM QVA RATIONE AD VERSARIVS POSSIT PROSTERNI



SI ensibus more gladiatorio gubernandis fueritis ad inuicem congressi, dextrũ prefigere memento, ensemq; eius primo congressu pertingito, lœuo consequitor, et ab ensis nodo manũ sinistra remouẽto, eadem medium ensem arripe, atq; acie gladij longa aduersarij humerum sinistrũ pertinges supra pectus, ea tũ ratione eũ proscindes. Sin aut idem fieri ab aduersario obseruaris, tum eius sinistrũ pedem præpomito dextrũ, manũ dextra ab ense tuo separabis regendo ultra scapulas aduersarij, interimq; rursus apprehendes ensem manu dextra, ualdeq; si depresseris, aduersariũ supprimendo prosternes. Verũ si is idem moliatur aduersus te, tum intra capulum tuum eius ensem arripias, et æquè, atq; is te, eum prosternere ualebis.

HABITVS VNDE GLADIVS ADVERSARIO EX TORQVERI LICEBIT, ADDITA PARITER INCISVRA.

91



HVNC in modum te adaptabis, si dextrum præfixeris pedem, acie longa ꝑmissa caput eius adpetito. aduersario uero ictum eum excipiente, atq; simili ratione tibi obuiarit, ab ensis tui capto manu sinistra remota, gladiũ utrunq; apprehendes uellendo in latus tuũ sinistrũ, atq; hoc modo gladiũ aduersario extorquebis. Sin uero is eodem habitu usus fuerit contra te, tum pedem sinistrũ eius dextro inponito, dextro celeriter insequitor, incîdendo ea racione eum sauciato acie longa prẽmissa, inde aduersarium si propuleris, ensem tuũ liberabis, interim uero celerrimè uersus eũ ferias supernè. Si autem id ab aduersario tibi fieri obseruaris, acie longa eum excipies, et superne rursum in incisionem te prẽparaueris, simulq; hoc modo ferire, incîdere, atq; pungere poteris. Si autem inde aduersarius contra te laborarit, retrorsũ pede dextrum diriges, et vicissim ictus, incisiones, punctionesq; uersus ipm usurpare licebit, nec non celerrimè cũ eo pro partibus prioribus uiriliter certabis.

SVBITVS INVRSVS ADDITA INCISIONE.



QVVM inuicem congreſſi fueritis enſibus more gladiatorio regendis, eosq; ex primo congreſſu inuicem contigeritis, ſiniſtrum pedem prepono, interim autem, num enſem firmiter uel infirmiter manibus contineat, obſeruato, ſi ſenſeris eũ gladiũ fortiter tenere, atq; reſiſtere, tum inclinabis, et inflecтes, nec non acriter uerſus aduerſarij latus dextrum feries. Sin uero idem fieri ab aduerſario intellexeris, acie longa premiſſa excipies, eo tamen modo, ut pedem dextrũ preposueris: Cęterũ manũ loeuam ab enſe tuo remoue, eamq; ſuper aduerſarij brachium ſiniſtrũ intra brachiũ eius utrũq; diriges, poſthęc gladium tuũ ita reges à dextro latere, ut mucro enſis tui parti colli aduerſarij ſiniſtrę adplicetur: Verum ſi is habitu contra te eodem uſus fuerit, tum eius axillam ſiniſtram proſcindito acie gladij tui longa premiſſa, atq; pede ſiniſtro inſequutus, inciſione aduerſarium propuleris.

QVA RATIONE BRACHIVM ADVERSARII LICEAT INFRINGERE. ADDITO ENSIS HABITV.

93



Si in conſpectum peruenieris prope aduerſarij enſe regendo, in latus eius dextrum, pedem loeuũ ponito, atq; manu ſiniſtra ab enſe tuo remoueto, nodum ſupra cruce enſis aduerſarij manu dirigendo captabis, ſurſum uellendo tolles uerſus latus tuũ ſiniſtrũ. dextro inſequutus, longa acie premiſſa aduerſarij nuditatem ſupernã ſauciato. Dextrum uero ſi propoſueris, isq; ſiniſtrũ ei impoſuerit, et nodum enſis tui manu ſiniſtra arripere fuerit conatus, tum manu loeua enſis mediũ arripe, et brachium pariter cum capulo aduerſarij apprehende, inde brachiũ eius retrorſum uerſus latus tuũ ſiniſtrũ ſi deflexeris, brachiũ aduerſarij infringes. Sin vero is ratione contra te eadem fuerit uſus, tum dextra manu eius ſiniſtrã apprehende, atq; leua inferne aduerſarij dextra, fortiter ſurſũ cũ leuaris, te liberũ à predicto diſcrimine reddes.

IRRVPTIO ADDITA PARITER INCISIONE.



QVVM fueritis congressi mutuicem, atq; alter alterius ensem ex primo con-
gressu concusserit, te pedem sinistrũ prefigente, tum ictum prenominatum, in
mcisionem mferniã commutabis, uersus latus aduersarij sinistrum. Cum aũt id
fieri ab aduersario mtelliges, utroq; brachio super ensem eius coincidas, interimq;
ab ense tuo manũ remoue sinistram, eius cubitũ ea sinistrũ appetito, dextrumq;
pedem, aduersarij sinistro preponito, hoc itaq; modo eum propellito. Si uero te ratioe
consimili abegerit, te ensis mediũ dextra tenente manu, sinistrũ pedem referes,
gladiumq; de axilla eius sinistra si auerteris, uersus caput eius ferito. Et si is
ictum exceperit, tum rursus pede sinistro consequutus, mucronem ensis tui con-
tra aduersarij faciem uel pectus dupliciter mflectes.

ICTVS SVPERIOR VNDE APPETVNTVR GENI TALIA MVCRONE.

95



SI prope ad inuicem congreſſi fueritis, atq; ictum cui nomen eſt ſortitus ex ira, cuius etiã ſupra mencio facta eſt, feriundo uſurpetis, diligenter obſeruabis an firmiter uel minus, enſem aduerſarius contineat. ſi infirmiter, tũ ſtringendo caput eius appetes. Si eadem contra te moliatur aduerſarius, tum enſem in latus tuũ dextrũ ſi inclinaris, eius ictum eludes, interim uero pedem ſiniſtrum inter aduerſarij pedem utrũq; interponito, remouetoq; ab enſe tuo manũ ſiniſtra, eaq; inter brachiũ utrũq;, mentũ eius impellito, et eo impulſu ſeſe in ruinã datu-rus eſt. Verũ in ipo caſu aduerſarij medũ enſem arripe manu lœua, eoq; modo mucronẽ genitalibus, uel cuicunq; corporis parti uolueris, impellito.

ICTVS SVPERNVS CONTRA INCISIONEM INFERNAM.



IN eum habitum te hoc modo adaptabis, dextrum pedem prępones, et fortiter ictu superiorem usurpando caput aduersarij adpetes. Sed si uicissim acriter is referiat, alteq; brachia sua sustulerit, tum loeuū prefigere non dubites, à nodo ensis tui manum sinistram remouebis, eaq; mediū ensem tuū apprehende, inde autem in aduersarij brachium utrūq; incîdendo irrue, atq; retrorsum hostem impellito. Sin aut ipse te eadem ratione abegerit, pedem dextrum referes, inferneq; uersus aduersarij latus sinistrum ferias. Verum si eadem is moliatur contra te, ictū incisura intra manus tuas auertito, sinistrum retrorsum dirigito, atq; animose eius uerticem pulsato. Cum uero superne aduersarius referiat, dextro pede insequitor, et te in ictum qui Bos dicitur prę-parato, cuius ictus mencio supra sufficienter facta est, brachijs in modum crucis formatis, inde insequutus pede sinistro, mucronem in faciem eius impellito.

QVA RATIONE VELLENDO ADVERSARIVS PROSCINDI QVEAT. HABITVS



CVM ad inuicem congressi sitis, atq; supernè uterq; feriatis. prefigere dextrũ memineris, atq; incisionem in referiundo diligenter obseruato, ex eoq; habitu strin-gendo pectus aduersarij sauciabis. Si aũt id fieri ab eo animaduerteris, tum dextrum aduersarij dextro pedi preponito, à nodo ensis tui remoue manũ tua loeua, circũq; eius collum eam regendo, apprehendito ensis hostis mediũ pariter gladio tuo ad-iuncto manu sinistra. atq; firmiter in poplitem eius dextrum pedem dextrũ impel-les in modum cancellorum, supernè si fortiter deorsum conuulseris, tu hostẽ deycies in terrã uellendo. Verum si is ea contra te ratione utatur, comprehenderitq; gladium utrũq;, pedem dextrũ leuato post aduersarij pedem dextrũ exterius col-locato, interimq; usurpando incisuram fortiter abs te si remoueris, eius uellicatione euitabis, subitò autem caput aduersarij acie longa premissa appetes, eũ si hostis exceperit, tum mucronem uersus faciem eius uel pectus dirigito.

ICTVS CONVERSI HABITVS



VTRIQVE si conueneritis ensibus rite more athletico gubernandis, usiq; sitis ictibus infermis adinuicem, sinistrū pedem prepones, atq; uersus aduersarij latus sinistrū ex latere corporis tui dextro infernè ferias. Verū si appetat ipse feriundo ictū infernū, latus tuū sinistrū, tum sinistro innitens consistas. Vicissim manibus cancellatis contra latus eius sinistrū ictum gubernes, interim uero manū loeuā ab ensis tui nodo separes, imponeq; ea cubito aduersarij sinistro, atq; manu dextra sinistrā eius axillam proscindes acie longa prmissa, eoq; habitu si abs te propuleris, aduersarium conuertes. Porrò te eadem ratione aduersario aggrediente, pedem sinistrū refertò, et eo modo, quo minus conuertaris ab aduersario, effugies, subitoq; inde caput eius constringes. Sed si is idem conetur aduersum te, acie ensis tui longa auertes, atq; sine mora dextro inse-quutus, brachium aduersarij sinistrum conquassabis.

IRRVPTIO CVM INCISIONIS HABITV.



SI digladiando conueneritis, et gladios vibraueritis ſurſum, tu diligenter irruptioem ex ipſo vibrationis habitu obſeruabis prefixo pede ſiniſtro. Sed ſi aduerſarius enſe ſurſu uibrarit, altèq; brachia leuarit, mucronem enſis tui intra brachia eius ingerito, pectori aduerſarij manibus tuis applicatis pariter cum enſis cruce. Sin aut eadem ratione uerſum te irruperit hoſtis, tum dextro pede circumduces eius poplitem ſiniſtru exte-rius, eoq; habitu deprimito fortiter, atq; longa enſis tui aciem eius collo adplices, proſcin-dendo aduerſarium humi proſternes. Cum uero ipe idem effugere conetur, tum dextru pedi aduerſarij prepones ſiniſtro, atq; interim crucem enſis tui eius pectori applica-bis, eo modo abs te eum propelles ſuperne, attractoq; uerſum te pede ſiniſtro, te facile ab inciſura itidemq; à diſcrimine infligendi pedis, ideſt quo minus aduerſarius pede ſuo ſurā aggrediatur pedis tui, atq; te proſternat, liberabis, inde autem celeriter eius latus ſiniſtru pulſato.

DVO ICTVS INFERIORES EX LATERE VTROQ.



QVVM *usurpando ictus inferiores congredimini, dextrum prefigito pedem, uersusq; sinistrum aduersarij latus ferito. Sed si uicissim contra te dextro is innites consliterit, idemq; latus appetiuerit, tum retro ipius pedem dextrũ, tuũ sinistrum dirigens uersus caput aduersarij superne ferias. Cęterũ si is idem conetur efficere te dextrum prępontem, sinistro mox insequitor. atq; ictum eius acie ensis tui longa pręmissa excipito, inde loeuũ pedem genitalibus impellito aduersarij. Sin autẽ ratione eadem is fuerit usus ab ense tuo manu sinistra seiunges, et aduersarij pedem loeuũ apprehende, eoq; modo si subleuaris, eum supinũ prosternes. Sin uero tibi pedem prenominatum arripuerit, conaturq; te supinum sternere, tum mucrone gladij tui, eius collo adiungito, eoq; habitu si propulerís, aduersarius te missum facere cogetur.*

ICTVS SVPERIOR CVM IMPVLSV ENSIS



PERVENIENTE te in conſpectum aduerſarij, pedem ſiniſtrum prę-
pones. et fortiter è ſupernis ictum prenominatū uerſus eius caput ferito. Sed ſi ictum
hoſtis eluſerit. tum enſis tui aciem breuem collo eius inflectendo adiungito. inde celeri-
ter brachijs cancellatis tranſuerſariū uſurpando rurſum uerſus partem capitis eius dextra
ferias. Si modo eodem tibi obuiarit aduerſarius, tranſuerſarium eius acie longa prę-
miſſa auertes, atq; pedem ſiniſtrum, eius loeuo pręponens interius. ſi à nodo enſis
tui manū ſiniſtram remoueris, eadem eius poplitem ſiniſtrū apprehenderis, ſubleua-
risq; habitu prędicto fortiter, impellito aciem enſis tui breuem ſupra brachiū aduerſarij
utrunq;, abs te impetu, haud exiguo eu ſuperne abigito, et ea ratione proſternere licebit.
Verum ſi idem is fuerit molitus, firmiter ſi è ſupernis deorſum incidendo depreſſeris,
irritos eius labores efficies, interim autem in mucronem pendentem inflecſes. et ſi
fueris dextro inſecutus, feriundo dextram aduerſarij aurem adpetito.

QVO HABITV ADVERSARIVS QVEAT PRO STERNI EX ENSE



QVANDO acriter ex ictibus, qui ex ira fieri ſolent, unde etiam nomen ſortiti ictus irę appellantur, mutuis ad inuicem feriatis, et uterq; ſummo ſtudio caput ſuũ defendere nitatur, tum ſtudioſe obſeruabis, nũ gladium aduerſarius firmiter uel minus, in manibus contineat, ſi infirmũ ſenſeris, atq; molliter reſiſtentem, aurẽ eius loeũa inflectendo prẽmiſſa acie breui adpetes. Excipiente id aduerſario, celerrime gladium abiice, et inter eius genitalia capite inclinato, poplitem ipſius utrũq; ambobus brachijs tuis apprẽhendẽ, ſurſum ſi ea ratione ſubleuaris, eũ proſternere uel aſportare, in quemcunq; locũ uoles, poteris. Cęterum ſi te eodem habitu fuerit aggreſſus, enſe itidem abiecto, manu ſiniſtra, ipſius pedem ſiniſtrũ apprẽhende, necnõ dextra interius loca tegenda, tum te, quo minus concidas, liberabis, inde aũt te in ipſum ſi reieceris, nullo modo abſq; ſui detrimento te proſternere quibit.

ALIVS MODVS. QVO PACTO EX ENSE AD VERSARIVS POSSIT STERNI.

103



CVM ex primo congressu enses mutuo contigeritis, dextrum pedem pfigere memineris, interim celeriter laborabis cum aduersario per locum ensis firmiore et infirmiorem, atq; inflectendo ensis tui nodum inter eius brachia dirigito. Et si is idem contra te usurparit, tum corona eu habitum excipito. idest manu sinistra medium ensem tenendo, dextra capulum, subitoq; mucronem in faciem uel pectus eius alacriter infigito. Si mucronem auerterit aduersarius, tum eius brachium utrinq; scindendo ledito, eoq; habitu ensem ex manibus ipius euelles. Verum si ensem ex manibus tuis eodem modo euellere conabitur aduersarius, te sinistro pede inni-tente, tum dextrum eius latus, manu dextra, nec non manu sinistra aduersarij sinistrum cancellatis brachijs si arripueris, in caput eum facile precipitaueris.

QVEM IN MODVM ADVERSARIO CAPVT VERSVS SOLEM ELEVANDO CONVERTERE POSSIS, ADDITA STERNENDI RATIONE.



SI fueritis ensibus consuetudine athletica regendis mutuo congressi, prepones pedem sinistrum, atq; ab inferne sursum uersus aurem aduersarij sinistram ensem celeriter vibrando regito. Consistente uero te pede sinistro priori, eodemq; habitu te fuerit aggressus, acie ensis tui longa auertes, inde loco ensis infirmiori utitor, atq; feriundo aurem eius dextram adpetes brachijs cancellatis. excipiente id aduersario. gladium abijcias, atq; mentu eius manu dextra impellito, sinistraq; partem capitis aduersarij dextram si apprehenderis, uersus solem conuertes eius faciem. Porrò si te ratione eadem apprehenderit, tum manu dextra eius poplitem sinistrum circumducendo arripe, atq; sinistra eius mentum, interimq; cum aduersario fortiter certabis ex ensis loco tum firmiorj tum infirmiorj.

FRACTIO BRACHII INTERIOR.

105



CVM in primo conflictu ictibus superms usi mucem fueritis, dextrũ pedem prępones, inde gladium abijce, sinistraq; manu, aduersarij dextrã apprehendere conaberis, nec non manu dextra intra utrũq; ipsius brachiũ, dextri lacerti curua turam interius sursum si te leuaris inflectendo uersus latus tuũ sinistrũ, absq; ulla difficultate hostis brachiũ infregeris. Porrò si te ratione eadem fuerit aduersarius aggressus, dextro irmitentem, manu sinistra si ensem tenueris, tum supra eius brachium dextrũ nodum ensis tui dirigens, ualde deorsum uellendo deprimito, et periculum tibi ab aduersario structum, deuitabis, simulq; acie longa leuiter ducenda caput eius sauciabis, atq; celeriter mucrone in faciem aduersarij infigito.

FRACTIO BRACHII EXTERIOR.



SI in aduersarij conspectum prope, gladiatorio more ense gubernando, accesseris, dex-
trum pręponere pedem non dubites, et transuersariũ exercendo caput eius superne appe-
tes. Sed si is contra te ictum eundem usurparit, dextrum prefigentem, eum habitum
acie ensis tui longa pręmissa auertes, interea autem gladium proijcias, dextrum eius
cubitum manu tua dextra arripe, nec non manu sinistra eius manũ anteriore dextrã,
eo modo in latus corporis tui dextrũ si deflexeris, brachiũ infringes aduersario extrin-
secus. Verũ si hostis ratione consimili tibi brachiũ infringere conetur, vicissim ensem
abijcies, atq; lęuã manũ eius cubito dextro imponito, et uicissim brachium aduersarij
confringes, tũ etiã manu dextra eius tibiam dextrã, manuq; sinistra regenda ex parte
aduersarij dextra, ilia ipsius circundabis, etsi subleuaris, aduersarium prosternes.

QVA RATIONE INFRINGERE BRACHIVM LI CEAT

107



VTROQVE inuicem congreſso gladijs rite regendis, utêris cuſtodia cancellata, is habitus autem ita ſe habet, mucronẽ terræ imponito, nodus enſis ſurſum ut uergat, capulum manibus cancellatis contineas, ut habitus is ſupra ſufficienter deſcriptus eſt, id aũt fiat ex latere corporis tui dextro, tũ etiam acies longa ſuperior exiſtat, atq; dextrũ, aduerſarij ſiniſtro pedi poſtpones, ut poples tuus dexter in illius poplite dextro conſiſtat, Sed ſi contra te hoſtis feriat habitu prænominato utentem ſcilicet cancellata cuſtodia, tũ acie longa eius ictũ auertes, inde uero enſem abijcies, manuq; dextra eius dextra apprehendito, atq; ſiniſtra aduerſarij cubitum dextrũ, eo modo ualde deprimito uerſus latus tuum ſiniſtrũ, et ea ratione brachiũ aduerſario infringes. Sin aũt te è contra fuerit complexus, brachiũ tuũ infringere cupiat, contineasq; enſem adhuc manu utraq; pede dextro ꝓpoſito, tũ pedem ſiniſtrũ retro aduerſarij dextrũ ponito, et te ea ratione liberabis, ne brachiũ ab hoſte infringatur, ſimulq; ictibus, quos uoles, uteris,

ICTVS INFERVS ADDITO ETIAM QVO MODO POSSIS ADVERSARIO BRACHIVM̄ INFRINGERE



CVM prope in conſpectum aduerſarij peruenerís, pedem dextrũ prẽponito, prẽparatoq; te in ictum inferniũ, et ſi eum exceperit aduerſarius, ſiniſtro progredimemento, et mucronem enſis tui contra faciem inflecteſ. Sin autem id ab eo fieri intellexeris prefixo pede ſiniſtro, tum eum acie longa prẽmiſſa auertito, interim autem enſem abijcies, atq; eius cubito dextro manum ſiniſtrã imponito, & dextrã dirigito ſub eius dextram axillam, eo modo uerſum te attrahito, ſuperne autem aduerſariũ ſi propuleris, brachũ infringes. Et ſi is utatur ratione eadem, uoluerit̃q; brachium tibi infringere, pedem ſiniſtrũ referes, nec non omnibus uiribus inciẽdo caput eius ſauciabis. Cum uero te perſtringere habitu prẽdicto uolet hoſtis, tum manus tuas á cubito eius ſeiunges, utrũq; falſo gradu in triangulũ eundo, atq; hoc modo aduerſarij inciſione eludes, nec quicquam conari quibit.

PRIMVS HABITVS EX CORONA



CONTRA coronam hoc modo te adaptabis, acie longa ensis tui ꝑmissa uersus aduersarij uerticem ferias ꝓfixo pede dextro. Si is coronę habitu exceperit, tum sinistro ingredere, rursusq; ictum eundem arripito, et mucronem tui ensis cõtra aduersarij pectus impelle inflectendo. Sed si uicissim eũ corona auerterit, dextro consequitor pede, necnon tuũ ensem mediũ manu sinistra apprẽhendes, totisq; uiribus uersus faciem eius figito. Cumq; rursum exceperit aduersarius, tũ in dextrum eius latus pede sinistro concede, figendoq; eius genitalia appetes. Et si idem ab aduersario fieri intelliges, ꝓfixerisq; pedem sinistrũ in habitu coronę, tũ corona punctione eius contra te factam auertes, consecutus dextro, mucronem tui ensis in eius faciem impellito, cumq; is eum exceperit, tum crucem ensis tui eius capiti illîdes.

INCISIO PER CORONAM



QVANDO digladiando ad aduersarium accessisti, et is contra te in coronę habitu constiterit, sinistrū pedem prefigere non dubites, atq; uersus eū. ictum infernū de latere tuo dextro feriendo usurpabis, et per coronā eo habitu pectus aduersarij incîdendo perstringes, perq; brachiū eius dextrū. Sin uero ipe te ea ratione perstrinxerit, tuq; pede dextrū prefixeris, sinistro statim consequitor, atq; ense tuo incisura aduersarij inter manus tuas auertito, interim autem sursum inflectes, & mucronem in aduersarij faciem uel pectus impellito. Sed si eū exceperit hostis, tū à capulo ensis tui manū dextrā seiunges, eamq; sinistræ consistenti in medio ense adiunges, indeq; subito crucem et nodum ensis tui capiti eius illidito. Si aut ipse idem moliatur efficere, Cum coronę habitu auerteris, ensem mediū sinistra arripe manu, et stringes aduersariū nec no pungere eum licebit.

HABITVS PER CORONAM VELLENDI.



EVM in habitum hoc modo te adaptabis, dextro prępoſito ictum ſupernũ uerſus caput aduerſarij uſurpabis, mq; ictu ipſo conſequitor ſiniſtro pede, ut crux enſis tui acie longa præmiſſa, eius enſem contingat, inde uero uellendo deorſum reprimito, et hac ratione uerticem eius proſcindes. Sed ſi is idem contra te moliatur, pedem dextrũ prefigentem, tum ſiniſtrum aduerſarij ſiniſtro pręponito pedi, et enſem in latus ſiniſtrũ eius dirigito, ita ut nodus enſis tui collo aduerſarij adplicetur, uerſus latus tuũ dextrũ eo modo uellito. Sin uero ipſe uſus fuerit ea ratione, tum enſis tui clypeo ideſt parte eius latiori iuxta crucem auertito, atq; nodum gladij in faciem impellito aduerſarij. Cæterũ ſi habitu cõſimily contra te uſus fuerit, dextro celeriter inſequere, et inter manus tuas gladio impulſũ auerte, interimq; uerſus faciem uel pectus mucronem tuum propelles.

EX CORONA INCISIO ADIVNCTO SVBITO CONCVRSV.



QVANDO prope ad aduersarium accesseris sinistrū pedem si prefixeris, statim dextro insequitor, et contra latus eius ictum infernū brachijs in crucis modū constitutis ferito. Et si is tuū latus sinistrū eodem modo adpetat te dextro pede innitente, tū manu sinistra ab ense remouebis, atq; eius ensem inuersim apprehende ita, vt mucro ensis aduersarij sub axilla tua remaneat sinistra, interea autem manu dextra ensem tuū supra capulum ipius acie breui utendo si impuleris, incisione, quā hostis aduersus te intendit, in corona intercludes, simulq; gladium ex eius manibus extorquebis. Porrò si eadem is usurpet contra te, tū sinistrum pedem, eius dextro preponito, manū loeuā ab ensis tui capitulo separato, eaq; mediū ensem si apprehenderis, retrorsū hostem perstringendo abigito.

HABITVS PRIMI CERTAMINIS EX ENSE LONGO

113



TEum in modum coaptabis ſi ad aduerſariũ peruenieris, dextrũ prefiges pedem, enſem tuũ iuxta mucronẽ manu loeua apprehendes, manũ uero dextrã rectã uerſus aduerſarij faciem pariter addito nodo dirigito, ſiniſtro confeſtim inſequutus, in faciem nodum enſis tui impellito. Verũ aduerſario id excipiente, tum rurſus nodũ arripiens in latus tuũ dex-trũ conuertes, ſubitoq; interea mucronẽ in facie hoſtis adigito. Sin uero is facie tuũ mucro-ne appetat, te preponente pedem ſiniſtrũ, mucronẽ eius, enſis tui mucrone uerſus latus tuum ſiniſtrũ auertito, dextro conſequutus, nodum in facie aduerſarij impellito uel pectus. Cum ſane is te modo eodem fuerit aggreſſus, enſe tuo id auertes inter manũ utrãq; et inde certabis uiriliter cũ aduerſario, curabisq; ut eius ictus ſubinde preuenias, obtineasq; partes priores.

SECVNDI HABITVS SVPRADICTI CERTAMINIS.



SI eo habitu utendo ad hostem peruenieris sinistrũ pedem prępones, et ex latere dextro gladiũ tuũ contineas, manu loeua apprehende ensem mediũ, mucrone porrecto, dextro consequutus, dextrã tuã manũ sinistræ adiungito ensem nudũ continenti, subitoq; interim nodum capiti eius impellito. Sed si aduersarius eadem ratione caput sauciare conetur, te dextrũ prefigente in habitu medię coronę idest cũ manu tantũ altera ensem contineas, tũ sinistro consequere, atq; plenè in coronã integrã insurges supra caput tuũ ensem leuando. hoc itaq; habitu te securũ excipiendo reddes, inde uero in faciem aduersarij mucronẽ infigito. Verũ si eum auerterit, dextrum ipius dextro pedi pręponito, nodũ ensis tui in sinistrum eius cubitũ dirigito, dextrũq; pedem retrorsũ referto, sursum si sinistra leuaris dextra uero uersus te attraxeris, brachiũ aduersarij infringere licebit.

TERTII HABITVS CERTAMINVM EX ENSE LONGO

115



SI ad hostem propius accesseris dextro præfixo, manus mutabis tuas, atq; ensem mediũ manu utraq; arripe, interea etiã nodum gladij tui supernę nuditati aduersarij impingito, sinistro consequutus, habitũ prędictum scienter et artificioſe usurparis. Sin minus fueris insequutus, ictus brevior, quã par est, fiet. Cęterũ si nodo is suo tibi obuiarit, dextrum pręponere non dubites, et eum excipito medię coronę habitu, inde uero ensem tuũ eius ensis cruci adplicato, atq; ex manibus gladiũ aduersarij extorqueas. Sed si ipse eo modo ensem euulserit, tũ retro ipsius pedem sinistrũ, dextrũ collocabis, manu sinistra eius tibiã loeuã apprehende, sinistra uero aduersarij humerũ sinistrũ, et ea ratione eum precipitem facile dederis cum ense utroq. Cum aut id fieri ab hoste intellexeris, falso gradu in triangulum directo usus, impulsũ eum uitabis.

QVARTI HABITVS CERTAMINVM PRĘDICTOR

116



CVM ensibus rite gubernandis ad inuicem conueneritis, nec non mucrones uersus pectora mutuo direxeritis, sinistrū pręponito pedem, confestim insequutus dextro, protento Ensis tui nodo aurem aduersarij sinistrā adpetito. Et si is modo consimili contra te fuerit usus, nullo modo id aduersario excipies, uerū mucronem in eius facie uel pectus pungendo impelles. Cum aūt idem hostis molitus fuerit, tum mucronem eius, mucrone tuo auertes, atq; nodū ensis sub eius brachiū sinistrū inflectes, et eo habitu uersus te conuellas in latus tuū dextrū. Sin uero contra te eodem modo utatur, tum manū loeuā ab ense remouebis, et inter eius brachia intro inflectes, interimq; sursum uellas in latus tuū dextrū. Sin uero aduersarius te eo modo uellet ad se, ab ense tuo medio manū sinistrā remoueto, eaq; cubitum eius dextrū si impuleris, conatū eius irritum efficies, atq; postea cum aduersario certabis pro tuo arbitrio.

QVINTI HABITVS CERTAMINIS EX ENSE LONGO.

117



IN hunc modum te preparabis, si pedem sinistrū prepoſueris, atq; enſem retro collū tuū tenueris ita, ut mucro uerſus aduerſariū ſit directus, dextro conſequitor, dextram iuxta ſiniſtrā in enſem medium collocabis, et eo habitu nodum enſis tui uerſus collum aduerſarij impellito. Et ſi id ab aduerſario fieri animaduerteris, ſiniſtro innitens, tu ſurſum dirige in coronam, atq; inter manū utranq; tuā gladio tuo, eius excipito impulſū, dextro conſequutus, nodum enſis tui retro aduerſarij collum collocato, eoq; modo in latus tuū dextrū uellito. Si idem aduerſarius contra te uſurparit, tum rurſus manu dextra apprehendes capulum enſis tui, etſi pedem dextrū pedi tuo ſiniſtro poſtpoſueris, te liberabis, ne uellaris, interimq; eo habitu brachiū utrūq; eius perſtringes incidendo. Ceterū ſi inciſionem ab aduerſario fieri eo pacto intellexeris, eam coronę habitu auertes, ſubitoq; mucronem in aduerſarij faciem impellito.

SEXTI CERTAMINIS EX ENSE LONGO HABITVS.



HAC ratione te in supra commemoratũ habitum adaptabis. Sinistrũ pedem prępones, ensem iuxta pectus ita contineas, ut mucro deorsum uergat, dextro introgreditor, atq; mucronem uersus aduersarij faciem uel pectus inflectendo propellito. Sed si is idem faciat, te dextro innitente, tum eius mucroně parte mucronis tui priori auertes, interim uero crucem ensis tui in sinistri hostis brachij curuaturam ingeres, et in dextrũ latus tuũ eo habitu conuelles. Sin uero aduersarius te consimili modo aggreditur, tum manũ locuã ab ense remoue, eaq; nodum ensis tui apprehende, retro si concesseris, pudenda pungendo appetes. Si eam punctionem ab aduersario usurpari intelliges, tum ense medio inter manus tuas eam auertito, sinistro insequutus vicissim pungendo eius pudenda haurias. Cum id exceperit hostis, aduersarij capiti nodum ensis tui illidito.

SEPTIMI HABITVS CERTAMINVM EX GLADIO LONGO.

119



PEDEM sinistrum prefigito, Si rite eu habitu uoles usurpare, atq; sub specie habitus aratri ensem contineas, gladium mediu manu sinistra apprehendes, mucrone contra aduersarium directo, dextro consequutus, si egregie leuaris supra caput, eo habitu, ubicunq; aduersarius absq; sui defensione apparuerit, eum locu appetes pungendo. Si uero te consimili ratione aggreditur hostis, specie habitus aratri utentem uicissim, preponentemq; pedem sinistrum, dextro confestim insequere, eā punctionem excipito inter manus tuas ab ense, Sed si tuam punctionem simili ratione auerterit, tum nodum ensis tui inflectendo uersus faciem ipius dirigito. Cum uero is eadem molitur contra te, tu ensis nodum supra brachium aduersarij dextru extrinsecus inflectes, eoq; habitu abs te propellito, et brachium eius infringes. Si aut te aduersarius ea ratione abegerit, sinistrum pedem referto, et si is consequitur instando, mucronem dupliciter in faciem eius uel pectus inflectes.

OCTAVVS HABITVS CERTAMINIS EX ENSE LONGO.



AD hunc habitum hoc modo te coaptabis, paribus tibijs consistas, et capulū ensis manu dextra supra caput teneas, manu uero sinistra mediū ensem, ut mucro deorsum uergat, sinistro pede introgreditor, uersumq; aduersarij pudenda mucronem inflectes. Verum si is te modo eodem aggreditur, dextrū prefigere non dubites, ita ut corpus tuū retrorsum reclinet. Cum uero ensem medium sub ala tua sinistra brachijs cancellatis contineas. tum brachia expandens punctionem eius auertito, interea pede sinistro insequere, atq; mucronem in aduersarij faciem inflectes, excipiente id ipso, tum ensem arripito, rursumq; pungendo eius facie appetito. Sin autem dupliciter uersus tuam pupugerit hostis, dextro confestim insequitor mucroneq; ensis tui punctionem eius si auerteris, nodo gladij, eius latus dextrum tundito.

INDEX TITVLORVM,

Qui continent longi ensis habitus.

A

Accursus subitus ad aduersarium in palestra cum lucta. folio. 30.

Alberus: habitus ab imagine pastoru, qui du armenta, seu oreges pascut, fustibus imituntur. 8.

Aratri habitus ab vtroq; latere. folio. 7.

Aratri habitus, seu Castrum aduersus Sctu Supernum. folio. 73.

Aversio superna, ex qua nuditas quesita feriat. 67.

B

Bos: Ictus á furore boum appellatus, vtrinq;. 6.

Brachij fractio exterior. folio. 106.

Brachij fractio Interior. folio. 105.

Brachium aduersario infringendi modus, addito ensis habitu. folio. 93.

Brachium infringere qua ratione liceat. folio. 107.

C

Caput superne quibus adpetitur, Ictus duo. fol. 74.

Caput versus solem aduersario quem in modum conuertere possis, addita sternendi ratione. folio. 104.

Castra duo, ex quibus format Monocerotis habit? 66.

Coniunctio gladiorum curua, quæ fieri solet iuxta vtriusq; gladiatoris manus in capulo sitas ex latere vtroq;. folio. 56.

Coniunctio ensium iuxta manus, cu gladij Impulsu. 57.

Contactus ensium ex primo congressu, addito habitu ensis extorqndi folio. 55.

Conuersi Ictus habitus. folio. 90.

Conuertendi aduersarij ictus, et habitus. folio. 04.

Conuertendi hostis ratio, et simul eiusdem perstringendi incisione. folio. 88.

Conuertendus qua ratione sit aduersarius vna cum cubiti Impulsu vel contactu. folio. 85.

Corona ex primus habitus. folio. 109.

Corona ex incisio adiuncto subito concursu. fo 112.

Coronam per Incisio. folio. 110.

Coronam per habitus vellendi. folio. 111.

Cubiti contactus pariter cum conuersore. . 86.

Curuus ictus ab vtroq; latere. folio . 2.

Custodia Cancellata. folio . 64.

D

Detorsio ex vtriusq; latere dextro folio. 49.

E

Ensis torquendi ratio vtriusq;, vnde inclinatio formatur. folio . 48.

Erraticus ictus contra aratru, cuius supra facta est mentio luculenta addita descriptione folio. 60.

Extorquendi ensis ex primo ensiu contactu Ratio. 80.

Extorquendi ensis aduersario habitus addita pariter incisura. folio . 91.

Extorquendi ola diu aduersario ratio, addita item Incisione. folio . 79.

F

Fenestræ patulæ habitus, qui præclare mox infra describet, ex vtraq; parte. folio . 45.

Firmiorem ensis locum, et infirmiorem quemad modum sentire vel obseruare liceat. folio . 63.

Firmior et imbecillior locus: firmior est superior versus capulum: Infirmior vero in ense ppe Mucrone. 9.

G

H

I

Impulsus conuersus, simul etiam modus, quo aduersarius potest pterm. folio . 81.

Impulsus duo pariter cum suis Mucronibus. fol. . 78.

Impulsus ex oladij loco firmiori ad infirmiorem. 83.

Impulsus ex habitu, vbi Sura aduersarij pedis, tuo impellis. folio . 77.

Impulsus superus et inferus. folio. 21.

Incisio addito etiã qua ratione aduersarius pos‖ sit prosterni. folio. 90.

Incisio conuersa, qua cubit' aduersarij impellit. 39.

Incisio conuersa alia. folio. 40.

Incisionis habitus ex loco superiori cum ictu, quo capitis vertex appetitur. folio. 37.

Incisio secunda superior. folio. 38.

Incisio Inferna prima. folio. 41.

Incisio inferna secunda. folio. 42.

Incisuræ duæ de loco superiori et inferiori. fol. 35.

Incisionis habitus, quo manus pscinduntur. 34.

Inclinatio Superna ex vtroq; latere. folio. 43.

Inclinationis precedentis alia forma et effigies. 44.

Incursus subitus addita Incisione. folio. 92.

Incursus cum incisione. folio. 33.

Inferiores ictus duo ex vtroq; latere. folio. 100.

Inferus ictus qui ex parte inferiori regit cum habi‖ tu ensis extorquendi. folio. 32.

Inferus Ictus addito etiam quomodo possis ad‖ uersario brachium infringere. folio. 108.

Inferni ictus cum habitibus, quibus contra hostẽ irruimus de loco inferiori sursum feriendo. fol: 58.

Ingressus cum Lucta. folio. 28.

Instantia, id est, cu reges aduersariũ instando ita, ut tu cupias vltimũ ictu ferire in aduer‖ sario discessum, cum incisione. folio. 10.

Instantia alia. folio. 11.

Insistentia alia ex pendente sblucrone. fol: 12.

Insistentia alia ciusdem formæ. folio. 13.

Insistentiæ alia effigies ex latere dextro. fol: 14.

Insistentiæ pcedentis imitatio ex superiori loco et inferiori. folio. 15.

Intorsio superna cum ictu superno, est autem intorsio. folio. 20.

Intorsiones gladiorum duæ. folio. 47.

Intorsiones duæ pariter cum Mucronibus. 46.

Iræ ictus, de Ictu, qui ex Ira appellationem sortitus est contra Mucronem folio . 1 .

Irruptio addita pariter Incisione folio . 94.

Irruptio cum Incisionis habitu. folio. 99.

Irruptiones duæ, ex quibus itidem duæ proficiscuntur Incisiones. folio . 77.

K

L

Longo ex ense Dimicationis habitus primi . 113.

Longi ensis habitus secundi folio . 114.

Longi ensis habitus tertij. folio . 115.

Longi ensis habitus quarti. folio . 116.

Longi ensis habitus quinti. folio . 117.

Longi ensis habitus Sexti. folio . 118.

Longi ensis habitus Septimi. folio. 119.

Longi ensis habitus Octaui. folio . 120.

Lucta cum Incisione. folio. 31.

Lucta per ensem, qua aduersarius sternitur. 26.

M

Manus pscindendi modus, addito simul habitu instantiæ. folio. 87.

Medius Ictus de latere vtroq;. folio. 59.

Monocerotis habitus, cuius supra metio facta est nu: 66. addito auersionis habitu. folio . 70.

Mũcro superus et inferus. folio. 19.

Mũcro excipiendus Aratri habitu, quibus descriptus est nu: 73. . 22.

Mũcro contra instantia est superius facta. 52.

Mũcro contra gladij impulsum folio. 51.

Mũcro dexter et sinister. folio. 71.

Mũcronem impellere quemadmodũ possis in aduersarij vultũ ex primo eius ensis contactu. 72.

Mucrones duo ex acie longa. folio. 36.

Mucrones duo, ex quibus procedunt duæ intorsiones. folio. 23.

Mucronis contra hostem habitus ex ictib: Crebris formatus. folio. 50.

Mutatorius ictus á mutando sic dicitur ab vtroq; latere. folio. 65.

Mutatorius ictus, vnde duo Mucrones procedunt. folio. 69.

N

Nuditates duæ ex latere sinistro. folio. 61.

Nuditates itidem duæ ex latere dextro. 62.

O

Occursatio, qua aduersario ensis extorquetur 16.

Occursationis eiusdem alia forma. folio. 17.

P

Prosternendi habitus, quo quispiam aduersarium sternere potest ense. folio. 29.

Prosternendi ex ense aduersarium modus. 102.

Prosternendi alius pcedentis habitus. fol. 103.

Q

R

Retractio ensis ex vtroq; latere. folio. 53.

Retractio ensis per longam aciem et breuem. 54.

Retractio oslady ad medietatē cū Mucrone. 25.

S

Sternendus qua ratione aduersarius sit vsurpando pariter Mucronem. folio. 89.

Strabo, q oculis sit peruersis, ab oculis limis, appellationem habet, ab vtroq; latere. folio. 4.

Supernus ictus contra Incisionem infernam. 96.

Supernus ictus, vnde adpetunt genitalia Mucrone. 95.

Supernus Ictus cum Impulsu. folio. 101.

Supernus Ictus cum ensis ereptione. folio. 18.

T

Transitio cum Lucta folio. 24.

Transuersarius Ictus ex vtroq; latere. fo. 3.

V

Vellendi habitus, vnde ensem aduersario extorquere potes. folio. 68.

Vellendo qua ratione aduersarius proscindi queat, habitus. folio. 97.

Vellendo quonam modo ensis aduersario eripi possit. folio. 75.

Vellendo quemadmodum aduersarius prosternendus sit. folio. 76.

Vertex capitis quo appetitur ictus. folio. 5.

Visus qua ratione, simul etiam latus Impulsu adpetatur. folio. 82.

BREVIS HABITVVM

Enſis longioris expoſitio.

1

PRIMA *omnium cura ſit, ut colas Deum et ames, muliebrem ſexũ hono-*
res, et eo modo gloria tua augebitur: ea diſcas, quæ te deceant, in bello, et ubiq;
virtute et robore virium utere, ita ut fortitudo tua omnibus probetur.

PRIMA *admonitio, primũ operam dabis, ut Ictus, qui mox deſcri-*
bentur, artificioſe ferire poſsis more Athletico, ſi fortem gladiatorem te exhibe-
re uolueris. Cum pedem ſiniſtrum præfixeris, atq; de latere dextro ferias, iã
deceptus, et ictus eſt falſus, nam dextrum latus non ſequetur, et ictus breuior,
quam par eſt, apparebit, neq; uero ad dextr. latus rite poteſt exerceri. Sin
autem dextrum præpoſueris, et de latere ſiniſtro ferias, nec ſiniſtro fueris ſub-
ſequutus, tum rurſus falleris. ea propter curabis, ut, ſi de latere dextro ictũ regis,
ſtatim ſubſequaris pede itidem dextro in ipſo ictu. Idem facies, ſi de ſiniſtro ferias,
et ea ratione cõmodiſsimè corpus adcõmodabis, ictusq; porrecti et more gladia-
torio formabuntur.

SI *feriundo ad hoſtem acceſseris, enſe regendo ne ceſses, eius Ictum expectans,*
ſed ſemper exerceas. Nam omnes Athletæ, qui id faciunt, Athletica non gaudeãt,
quoniam ſæpiſsimè læduntur.

ITEM *cum ad hoſtem conceſseris, quocunq; habitu uti uoles, facito id pro*
animi Viribus et corporis, caputq; ipſius ferire curato, et ea ratione aduerſariũ coges,
ut ſe tueatur, neq; unq; tranſmutationes aſsumere poſsit. mucro. n. tui enſis eũ præ-
pediet. Sin autem parte fortiori, quæ eſt pars à cruce uſq; ad medium enſis hoſtis

tuum gladium contigerit, brachium eius sinistrum saucies, atq; inde recedas, priusq; id cognouerit.

QVVM peruenieris ad hostem propius, si dexter sis feriundo. Strenuè Athleticum exercitiũ exercere cupiens, à sinistro latere primum Ictũ nunq; reoas. infirmior. n. est, quam ut hosti resistas in collisione ensium, uerum si de dextro se: rias, tum firmiter poteris resistere, atq; uarios habitus exercere.

SIN autem sinistra manus dextra sit agilior, etiam tunc primum Ictum de latere dextro non feries, at potius de sinistro.

IN gladiatoria optimum est, ut obseruies, quo hostem feriundo prœuenias, id si feceris, omnes habitus quos exercere uoles, contra eum continuo usurpato, Vt is cogatur subinde se defendere. Verum si is te prœuenerit Ictibus exercendis, prima cura sit, ut acriter ense te defendas, et ea ratione ipsius conatum in ni: hilũ rediges.

LOCVS uel pars ensis firmior is dicitur, qui continetur à cruce ensis, usq; eius medium. infirmior uero, à medio ad mucronem usq; porrigitur, quo autẽ modo eas partes exercere te oporteat, in sequentibus declarabitur.

PORRO quinq; sunt Ictus artificiosi, multisq; ignoti, quos si quis in nihilū potest redigere more Athletico absq; sui detrimento, is certe non exiguam laudem merebitur apud pugiles probatissimos, atq; merito opulentiora pmia ob hoc auferat, quam alij. Primus est, qui ab ira appellationem sortitus est. Secundus dicitur Ictus curuus, Tertius, Transuersarius, Quartus. qui à strabonibus nomen accepit apud gladiatores, Quintus ictus, quo uertex hostis recta adpetitur, ex his pcipue et principaliter Athletica constat, eor descriptiones in sequentibus habebis.

RVRSVS sunt habitus duodecim, quos Athleta norit, necesse est. Primus quatuor custodijs constat. Secundus, rationes quatuor, quibus hostis impetus repellitur, Tertius, quo hostis instando urgetur. iiij. ensis traiectio, v. remotio, vi. transmutatio, vii. ensis retractio. viii. transcursus. ix. abscisio, x. ratio qua hostis manus comprimūtur, xi. inclinationes, xii. intorsiones.

Qua autem isthęc exerceri debeāt ratiōe, ritè et cōsequēter iam describetur.

ICTVS EIVS HABITVS,
qui ex ira appellationem assumpsit.

IS ictus suo mucrone omnes Ictus superos auertit, quantumuis sit facilimus, & maxime agrestis: eum hoc modo exerceas. Si aduersarius supernè caput tuum ex latere suo dextro adpetat, tu uicissim idem facito, remota omni defensione, gladiū ipsius continens firmiter, atq; subito mucronem ensis tui in faciem eius uel pectus

conuertito. Verum si is id obseruarit, nec non ensis parte firmiori impetum exceperit, tum ensem ab ipsius ense surrigas, eo supernè remoto, uersus aliud ensis latus rursum conuerso, caput ferias.


ALIA CAVTELA.

SI contra hostem ira cõmotus ferias, et is fortiter ensem tenuerit, tuq; habitu supra modò cõmemorato uti uolucris, vicissim et fortiter resistas, brachia inde si uersus latus dextr, tuum sustuleris, breuem aciem ab ipsius ense torqueas, atq; supernè uisum ipsius pungas, at si aduersarius id obseruarit, sublatoq; ense impetum excepit, in intorsione remaneas, et mucronem infernè hosti adiungito.

ITEM cum aduersarius ex forma punctionis uel Ictus ensem tuũ contigerit, in primo conflictu, tu noli exercere statim Ictus crebros, sed festina lentè, et maximè curabis, ut prius obserues nũ in ensiũ collisione molliter uel fortiter ensem teneat, Sin id dephenderis, uti poteris intorsionibus, atq; crebris ictibus quem habitum nos Germani bellum appellamus appetendo nuditates proximè obuias.

HABITVS, quem nos bellum appellamus est, cum intorsionibus et quicqd inde per mucronem uersus quatuor nuditates formaũ, utimur. Verũ eũ hac ratione ex-

crebis,



ercebis: Si contra hostem Ictum ex ira appellationem adeptum ferias, isq; eum exceperit, sublatis brachijs, mucronem ensis tui iuxta ipsius ensem superne contra hostis supcram nuditatem lateris sinistri. Verum si eam uim remouerit, in habitu intorsionis consistere memineris, sed mucronem deorsum conuertas in latus sinistrum. At si aduersarius id quoq; remoueat, tunc inferiores eius nuditates lateris dextri mucrone inuestiges, et si id etiá repellat, tu ense sublato in latus sinistr, contrá latus hostis dextrũ mucronem nuditates supernas ingrendo imittas. itaq; habitum belli uel militię inferně et supernè hostis exagitabitur, si quidem eum iuxta Athletar, uerá instructionem excrcueris.

INTORSIONES

solerter exercere noueris, Vnaquaq; n. tribus constat habitibus, hoc est, Ictu, Punctione, atq; incisione, si igitur ijs uti uolueris, maxima cura sit, ut eas iuste et artificioše exerceas, ne si pungendum sit, tu ferias, neue pungas uel proscindas, si feriundum sit. his igitur si rite usus fueris, facile cunctos, qui contra te certant, decipies, reliquas autem intorsiones in subsequćtibus, et quot eorum sint habitus, reperies.

DE QVATVOR NVDITATIB?

QVVM in conspectú aduersarij processeris, si quidem artificioše Athletica uoles exercere, feriundo ipsius ensem ne contingito, uerum ex nuditatibus quatuor, unam obseruato: sunt autem istę, Vna, latus dextrum, secunda sinistrum latus sup̃ cingulum, Reliquę, Latus dextrum et sinistrum infra cinoulum, ear, ioit̃ si aliquá

elegeris, audacter quaſsato, neq; cures, quibus contra te utat habitibus. Sed ſi ſe defenderit hoſtis ictus excipiendo, in tui defenſione contra proximum nuditatē eius ferias, itaq; corporis, non enſis rationem ꝑcipuam habebis.

RATIO, QVA NVDITA-

tes, quò minus lædantur, tueri licet.

SI quis acriter et totis uiribus contra te feriat, et tu conatum aduerſarij impedire, atq; curare, ne quatuor corporis partes ſupra modo commemoratas ſauciat hoſtis, conaris, et is potius inuitus lædat, tum conduplationibus contra partem enſis ſuperiorē, quę firmior dicitur, et mutationibus contra infirmiorem utitor, eā igit formā ſi exercebis, facile hoſtis vulnerabitur, neq; ullos habitus aſsumere poterit, conduplationes hac ratione exerceto, Si aduerſarius ſupernè contra te feriat de humero ſuo dextro, viciſsim et tu pariter cum ipſo de dextro itidem firmiter ferire nō dubites caput appetendo, eum ictum ſi parte enſis firmiori hoſtis exceperit, ſublatis brachijs, manu ſiniſtra nodum enſis tui ſub brachium dextrum ſi cōtorſeris, acie lōga ꝑmiſsa ex brachijs cancellatis caput ipſius ſaucies retro ipſius enſem.

AT ſi in primo conflictu eius enſem ex latere ſiniſtro tuo contigeris acie longa, ſublatis confeſtim brachijs in ipſius enſe tuus hęreat, uerum poſt retro ipſius enſem ſtrictum, acie breui caput uulneres.

MVTATIONVM is usus est. Cum uersus hostem de humero dextro tuo acriter ferias è supernis, isq; tuũ impetum excipiat, neq; fortiter ensẽ teneat, tum sursum ensis tui aciem breuem iuxta ipsius ensem flectas, inde brachijs sublatis, mucronem superne super ipsius ensẽ mgeras, pòst alteram nuditatem pũgito.

SIN autem Ictum ex latere sinistro formaris, aciemq; longam eius ensi adiunxeris, brachijs leuatis, eam aciem ab ensẽ aduersarij non remoueas, ad inferiorem nuditatẽ sauciandum, eaq; ratione duos habitus poteris exercere ex omnibus Ictibus ꝓscriptis, iuxta obseruationem, num hostis firmiter uel minus ensem teneat.

ICTVS, QVI CVRVVS

dicit descriptio adhibitis omnibus eius habitibus.

ICTVS iam cõmemoratus ex quatuor remotionibus unus est, contra quatuor custodias, hoc etiam habitu ictus qui à furore boum, et aprorum appellationem accepit, debellantur, atq; ictum inferum hoc modo exercebis. Si in conspectum aduersarij processeris, et is contra te consistat ensem pro capite in custodia bouis ex latere sinistro tenens, tum sinistrum tu prẽponas, iuxtaq; humerum dextrum ensem contineas in custodia, uerum ex ea in latus dextrum prosilias, et manũ hostis acie lonoa sauciesex brachijs cancellatis.

EVNDEM etiam poterit exercere ex custodia cancellata de utroq; latere. ea igitur in prędictam custodiam ratione te accõmodato. cum prope ad hostem concessseris gladio Athleticè tractato, sinistr, prępones pedem, ensem ita contineas iuxta latus dextrum, ut mucro deorsum uergat, acie longa supernè conuersa, latus itaq; sinistr, nudum hosti prębeas, id si feriundo appetat, hostis supernè, tũ dextro pede prosilias, ictumq; ea ratione uites in latus hostis dextrũ, nodum ensis inde sub brachiũ dextrũ contorqueas, atq; manibus cancellatis ex acie longa per mucronem manus eius saucies.

IN custodiam cancellatam hoc pacto adaptabis te, eã si ex latere sinistro exercere uolueris. Cum ad hostem ense rite gubernando accesseris, dextr, pedem prępono, manibus cancellatis ensem contineas ex latere sinistro deorsum mucrone conuerso ita, ut acies brevis supernè consistat, dextrumq; latus nudũ exhibeas aduersario: et si is id feriundo appetat, tum sinistro progressus pede in latus itidem sinistrum, ictum hostis uitabis, atq; acie ensis brevi in ipso progressu manus eius uulnerabis.

ALIA EIVSDEM RATIO.

IN coruscatione ensium hac ratione, ut infra patebit, te geras. Contra Athleticę magistros hoc habitu ex coniunctione ensium uteris: Si ad aduersariũ conceßeris, ensem tuum in cancellatam custodiam lateris dextri colloces, uel

in humerũ proximum. et si aduersarius supernam nuditatem sauciare cupiat, tum brachijs cancellatis acerrime eius ictui obuiam ferias acie longa ꝓmissa, uerum quàm primum enses coruscare mutuo cepint, subito ensem torqueas. uersus sinistr, latus, inde brachijs sublatis, superiorem nuditatem fodias, at si fodere nolueris, quod facere tuo arbitratu licebit, tũ ensium coruscatiõe facta, acie breui caput atq; alias corporis partes sauciare conaberis.

Ictvs cvrvvs sit

porrectus, indeq; transmutationis ne obliuiscaris.

HIC habitus cõ custodiã ex furore bouis formata est, cui igit hac ratiõe usurpato. Si in aduersarij cõspectũ fueris progressus, et is in ꝑdicta cõsistat custodia, et ense teneat in latere sinistro ante huicq; dextr, tuũ, tu simulato, quasi ex ictu curuo ense contigere uelis aduersarij ex primi cõgressus habitu, ucr, ictus nõ sit porrectior, inde autẽ transmutabis inferne, atq; mucronẽ longiorẽ in altcr, latꝰ cõ nuditatẽ impellito, ea ratiõe hostis cogetꝰ impetũ excipe, atq; inde exercere habitus & ictus quoscunq; uoles.

Alia cavtela.

uel usus ictus curuj.

CVM hoc ictu Vteris, semper aduersario te nudum exhibere necesse est, atq; hoc inde percipito. Si cũ ictũ ex latere dextro ferias tuo, uel ensem eius cõ-

tingas, nudus de latere ſiniſtro adpares, atq; ſi is tanta fuerit induſtria pre-
ditus, remoto enſe à mutua enſium colliſione, necnon nuditatem, quam ei p̄bu-
iſti feriundo appetat, teq; uelocitate conetur decipere, tuus ſubinde eius enſi inhę-
reat, inſequaturq; ictum ipſius, uerum pòſt in uiſu hoſtis, enſis tui mucroné con-
torqueas, atq; crebris ictibus, quę militia dicitur Germanis Athletis, utitor nudi-
tates acquirendo, ea igitur ratione aduerſariú tantú conturbabis, ut neq; contra
ictus tuos, neq; habitus pungendi ſe tueri queat.

HABITVS. ET VARII

Vſus Tranſuerſarij.

IS Ictus cuſtodiam de die. i. cú qui iam deſcribetur, ictú repellit, inſup et reliquos, qui de die è ſuperne deorſum feriuntur. Tranſuerſarium ita exerceas. Si aduerſariꝰ contra te conſiſtat, atq; enſem ſuſtulerit brachijs ſublatis in cuſtodia, te expectans, tu ſi propius ad cú conceſſeris curabis, ut ſiniſtr̄ p̄ponas pedem, enſis latitudiné, ſeu planidum enſem iuxta dextrum humerú contineas. at ſi is contra te proxime pro-
greditur minaturq;, tunc tu cú p̄euenire cures, dextroq; pede proſilias in latus itidé dextrú tuum, ſubito enſis capulú pro capite conuertens ita ut pollex ſubſtet, inde autè latus capitis hoſtilis ſiniſtrú acie breui quaſſato.

SIN uero is te p̄uenerit, tú pede dextro addita p̄ſcripta modò defenſione ictum hoſtilé deuitas in latus dextr̄ tuú proſilias, p̄dictúq; locú tránſuerſario ictu cócutias.

TVM etiam maxime curabis transuersarium feriundo, ut totis uiribus id fiat, uel loco ensis firmiori, aduersario autē id excipiente, tu si firmiorem ensis partem sustuleris, atq; ea parte ipsius hostis infirmiorem senseris, Mutationibus sup eius ense directis uersus infernas nuditates utitor, uel si mauis uersus collū ipsius. Verū si id nequibis, cōduplationes retro ipsius gladiū exerceas, inde autem curabis ut aduersarij caput concutias.

CÆTERVM si hostis adeò acriter se defendat, ut cōmemoratos habitus exercere nō possis, capulo ensis tui, aduersarij gladiū repellas, atq; transuersario alter eius latus quasses, at si incurrere conetur, sub brachijs ipsius incisionis habitū exerceas.

ALIVS TRANSVERSARII VSVS.

IN p̄cedētibus dictū est, q; Bos, et aratr; duo castra, uel custodiæ sint, hoc autē loco quatuor nuditates appellat Bos et aratrū. Bos, duæ supiores nuditates, hoc est, dextrū & sinistrum latus capitis. Aratr;, duæ nuditates inferiores, id est duo latera infra cingulum. Eas igitur nuditates Transuersario peruestigabis in accedendo ad hostem.

QVVM ad aduersarium accesseris, et is contra te in custodia de die constiterit, tū aduersus cū in latus dextr; prosilias dextro pede, atq; totis uiribus transuersarium

lateri capitis eius ſiniſtro, quod Bos dicitur, infligas ſupernè, at ſi eum impetũ repellat hoſtis, mox latus inferius dextrũ, quod prope uel ſub cingulũ conſtat, infernè, quod aratrũ dicitur. atq; ita porrò Tranſuerſarios alternatim exerceas, facto altero ſupernè, mox infernè aratrũ concutias crucis inſtar.

De ictv erratico.

Hoc ictu maximè occęcantur et decipiuntur Athletę, eosq; exoptatò qui tueri ſe conantur, ferire poteris, tum etiam eos qui enſem ferire nõ corpus curant.

Evm igitur hac ratiõe uſurpato, ſi ad hoſtem propius acceſseris, ictus inferos ex latere utroq; exerceas, at ſi inferiori ictu ex latere dextro facto ei adpropinquaris, ſubito mucronẽ ex acie longa pectori hoſtis injicito, et tunc neceſse erit, ut impetũ tuũ remoueat, uerum inde celeriter ſiniſtro pede in latus aduerſarij dextrum proſilias, ſimulatoq;, quaſi tranſuerſario latus predictũ quaſsare uolueris, ſed retracto, uel mutato ictu, mox uerſus latus ſiniſtr. ferito. Vel ſi eum acceſseris de latere ſiniſtro trãſuerſariũ formans, etiam tum mucronem ex acie longa contra pectus hoſtile impellas, cumq; habitum exerceas ut proximè ꝑſcriptum eſt.

De conversore
et Tranſcurſu.

HOC habitu uteris in progreſsu uerſus hoſtem, nam eo ipſo hoſtem coartabis, ut tranſcurrere poſsis, cumq; lucta ſuperare.

CONVERSOREM uel ictum conuerſum hoc modo exerceas, ſemper contra hoſtem ſiniſtrum pedem prefigas, et ex latere dextro, hoſtis item dextrũ ferias, quotiesq; ſiniſtro fueris progreſsus, curabis ut in ipſo progreſsu inferum ictum ferias, uerũ in ipſo ictus exercitio, aciem longam enſis conuertas, ut ſemper ea ſupior exiſtat, et quamprimum enſem eius contigeris, ſuperne mucronem contra ipſũ ingeras, atq; eius uiſum fodias. Id uero ſi remouerit, nec non brachia ſurſũ leuarit, tu trãſcurrere memineris, at ſi remanſerit, neq; brachia ſuſtulerit, tum manu ſiniſtra cubitũ eius dextrũ corripito, firmiter pro uiribus ſi continueris, proſiliendo ſiniſtrũ pedem hoſtis dextro preponas, impellasq; eum per eundem.
Quando autem tranſcurrendum ſit, paulo poſt deſcribetur.

DE DVPLICI ICTV ERRATICO.

IS eſt geminus, qui iã deſcribet ſubſequẽter, eumq; hoc modo exerceas, in congreſsu mutuo ſiniſtr, pedẽ preponas, dextro humero enſẽ adiungas, et ſi proſpexeris hoſtẽ eſse tibi exoptatũ quẽ ferias, tũ dextro pede proſilias in latus dextrum tuũ, teq; ea ratione componas, quaſi latus capitis aduerſarij ſiniſtr, tranſuerſario libero percuſsurus, uer, ictu retracto, ſi in latus eius dextrũ ſiniſtro pede proſilueris, tranſuerſario caput ipſius quaſsato. at ſi is impetum eum exceperit, tuq; enſem tantũ contigeris, paulum iuxta id latus prooreſsus, ex duplationis habitu retro mediũ

hostis ensem acie breui os proscindas, uel utrung brachiũ. ✝ Hunc habitum de latere utrog exercere licet, atg equè ex ictu superno quam transuersario erratum formare potes.

SEQVVNTVR VARII

Vsus ictus eius q à limis oculis appellationẽ adeptꝰ, nobis strabo dicit.

IS ictus habitus grauis et seuerus est, nam hostem ui obruit ictibus et punctionibus, formaturg ense conuerso: quo circa multi Athleticę magistri hunc ignorant, tum etiam aratri nescij prorsus.

Eum habitũ uel ictum hac conditione exerceto, Si in conspectum aduersarij processeris, sinistrũ ꝑponas pedem, ensem humero dextro admotum contineas, et si eueniat, ut hostis è superne feriat uersus caput tuũ, ense conuerso, sinistrum dextro adiungas pedi, atg acie breui porrectim brachijs extentis, super ipsius gladio cõtra ipsius ictum uel faciem uel pectus ferias, at si aduersarius hac astutia usus, ensem tuum non contigerit, uerum infernè transmittat, tum contra ipsius usum brachijs porrectis mucronem porrigẽs resistas, et inde lædere aduersariꝰ te neqbit, neq traiectiõe uti.

ALIVS HABITVS.

SEQVITVR alius habitus. Si contra hostem consistas, iuxta humerum dextrum ensem tenens, is autem in custodia Aratri contrà consistat, minaturq punctionem infernam, tunc tu supernè porrectim aciem breuem prẹmittens,

ictum à limis oculis nominatum ferias, atq; mucronem uel contra uſum ipſius uel pectus inde impellito, et ea ratione ſi fueris uſus, aduerſarius inſernè te pungendo adp̃hendere nequibit.

ALIA FORMA.

QVVM contra hoſtem conſiſtas, enſem dextro humero adplicatū cōtinēs; at is uiciſsim in cuſtodia Aratri, atq; te punctur, inſernè cōminatur, ictum tu conuertas ex acie breui, et porrectim ſupernè contra hoſtem ſi direxeris, punctione te adprehendere is non poterit.

OBSERVATIO, VNDE

licebit videre, nū aduerſarius porrectim enſē exerceat uel minus.

IN congreſsu uerſus hoſtem, proſpicias diligenter limis quaſi oculis, nū breuis ſit feriūdo, uer, id eo modo dep̃hēdas, ſi brachia nō extēdat in ipſo ictu, breuis eſt, et ſi in cuſtodia cōſiſtas, lædere te nequibit, et ſi ſuo enſe tuū p̃pedire cōnet, eū itidē adp̃hendere neqbit. Ver, ſi cueniat, ut ex Bouis habitu laboret uel Aratri forma, itidē decipiet, deniq; quicqd exercuerit, inepta apparebūt. Huiuſmodi Athletis ſi tranſmittas, eo coges, ut ſeſe excipiendo ictus tuos tueri neceſse ſit, et tū libere quoſcumq; uelis habitus exerceas, etiam cum hoſte luctam inire.

Item ſi ad hoſtē cōcedes, in ipſo progreſsu, limis oculis obſeruabis, nū breuiter enſem exerceat, idq; ea ratiōe dep̃hendas, in conflictu ſi non porrexerit brachia in ipſo ictu

libere transſmittes tum ictibus, tum uero punctionibus ex mucrone longiori, et ea ratiõe aduerſarius coget, ut tibi ſit conceſsum, ſtrenue contra ipſũ habitus quosuis uſurpare non citra ipſius corporis detrimentum.

VSVS STRABONIS, ALIVS
contra mucronem longiorem.

EVM habitum hoc modo exerceas, Si ad hoſtem prope conceſseris, et is contra uiſum tuũ uel pectus porrigat enſem, tu dextro humero enſem adiunctũ contineas, uerſumq; mucronem oculos limes conuertas, poſt ſimulato, quaſi eo ferire uoles, Verum fortiter ex eo ictu qui nobis strabo dicitur p̃miſsa acie breui, gladiũ eius ferias, inde uero mucronem longiorem uerſus hoſtis collum addito progreſsu dextri pedis propellito.

HABITVS, QVO MANVS
aduerſarij feriuntur.

SI aduerſarius contra te conſiſtat in habitu longioris mucronis, et tu ferire eius manus cupias, tum quaſi Strabone faciem uel caput concutere uelis, ſimulato, uerũ mutato animi propoſito manus inde ſaucies.

RATIO. VNDE EX LAERE

Vtroq; erraticum gemmum exercere poteris.

IDIPSVM *hac ratione deprehendas, in progressu, si ad hostem accesseris, si-*
nistrũ pedem prepones, ensem iuxta humerum dextrum continebis, et si conspexeris eum
supernè tibi obuium, tum aduersus eum dextro pede in latus dextrum tuum prosilias, teq;
componas, tanq; liberè uelis caput ex latere sinistro aduersarij ferire supernè, sicuti is an-
tea pariter adhibita defensione, uerum attracto ictu, sinistro pede celeriter uersus ad-
uersarij latus dextrũ prosilias, atq; in ipso actu simulabis te uelle latus ipsius dextrũ
concutere, sed retracto rursus ictu dextro pede in latus ipsius sinistrum prosilias,
idemq; latus animose quasses: at si interea nuditatẽ tuam appetere conabit, tunc
obuiato acie ensis tui longa, remoueasq; ipsius impetũ, idq; ex utroq; latere exercere
noris, idemq; ex Transuersarijs poteris habere utrobiq;.

VARII VSVS ICTVS EIVS.

quo Vertex capitis adpetitur.

IS ICTVS VVLTVI. ET PECTORI

insidiosus esse solet, *Vt infra patebit.*

IS *habitus custodiam de populo cuius supra facta est mentio, disrumpit et auer-*
tit.

Eum igitur hoc modo exerceto, si aduersarius se in congressu mutuo in custodiã de po-
pulo prepararit, tu ensem supra caput extentis brachijs attollas in custodia de die,
contraq; hostem dextro prosilias pede, firmiterq; è supernè deorsũ ferias acie longa
premissa, brachijs identidem sublatis mucronem in faciem uel pectus hostis demittas
deorsũ, uerum si habitu Coronę id repellat hostis ita ut utriusq; ensis capuli ab suo
oladio sint erecti, sursumq; tollat, necnon mucronem ensis tui sursũ torqat, tũ ensem

ſub corona hoſtis tranſigas conuerſa in brachium ipſius acie, inde ſi urſeris, habitus ipſius irritus fiet, Verum in ipſo urgendi habitu cũ proſcindas, atq; ab eo inde recedas.

NVNC SEQVVNTVR

Quatuor Caſtra, ſeu ut vocant propugnacula.

BOS. ARATR. POPVLVS. HABIT. DE DIE.

ISTA quatuor Caſtra, cuſtodiæ quatuor ſunt, ex quibus Athletam ſtrenuum te preſtare oportet.

DE BOVE.

IN eum habitum hoc modo te prepares eſt neceſſe, ſiniſtrum pedem preponas, uerſus latus dextrum tuum enſem contineas, capulo pro facie tua conſiſtente, ita ut acies breuis uerſum te conuerſa ſit, mucrone contra faciem ipſius porrecto.

VERVM de ſiniſtro Latere in eum habitum hac ratione te accõmodes, dextr. pedem preſigas, in latere ſiniſtro enſem tencas, capulus pro facie conſiſtat, acie longa erga te conuerſa, atq; mucro in hoſtis uſum porrectus. Is igitur habitus BOS dicitur.

DE ARATRO.

10

SECVNDA Custodia Aratrum dicitur: in eam hoc pacto te adaptes opꝰ erit, sinistr, pedem prefigas, ensem contineas deorsū in latere tuo dextro manibus cancellatis, nodo dextræ coxę adplicato, ita ut supernè acies breuis appareat, mucro uero cōtra aduersarij faciem sit porrectus.

Item de sinistro latere hoc modo te in Aratri habitū componas. dextrum pedem preponas, iuxtàq; latus sinistrū contineas ensem deorsum ppe sinistram itidem coxam, acies longa superior sit, mucro uero sursum uergat faciem aduersarij respiciens.

DE FORMA, QVÆ DICIT

Germanis Populus.

CVSTODIA Tertia Populus arbor est, in eum habitum sic te accōmodes, sinistrum pedem prefixisse necesse est, porrectis brachijs ensem ante te contineas, mucrone humo nitente ita, ut breuis acies superna sit.

CVSTODIA DE DIE.

QVARTA Custodia hęc est, ad eā hac ratione te componas, sinistrum prefigere pedem non dubites, sublatum ensem extentis supra caput brachijs contineas prætenta acie longa, retrorsum mucro non nihil pendeat: atq; ita in custodia consistas.

SEQVVNTVR QVATVOR

Ictus, qbus omnis generis habitus et castra repelluntur, atq; in nihilum redigiuntur.

IN *superioribus dictum est de quatuor custodijs, iam igitur doceberis, quæ principales formę sint, quibus hostis impetus retardantur, quar, sunt ictus quatuor.*

PRIMVS *est, qui Curuus dicitur, cuius supra mentio facta est, is remouet habitū, uel custodiam Bouis.*

SECVNDVS. *Transuersarius, qui custodiam de die repellit.*

TERTIVS, *qui à limis oculis appellationem sortitus est, is custodiā Aratri disrumpit.*

QVARTVS, *is est Ictus, quo uertex capitis adpetitur, qui custodiā Populi, ut nos Germani uocamus, repellit. quo autem modo certiores habitus ex prędictis Ictibus sint formandi, et qui habitus sint contra custodias, supra descripti sunt in Ictibus. quare si plagas cauere uelis, nullos ālios preter hos exerceas.*

CAVTELA OBSERVATIOQ.

quid agendū sit, si hostis impetū exceperit, atq; ab ense tuo remouere suum nolit.

SI *aduersarius vim tuā sibi illatā exceperit, nec ensem ab ense tuo remouere uolet, uerum conat̄, ne ullos habitus queas exercere, tunc tū quasi ensem retrahere uolueris simulabis, et usq; ad mediū attrahas, eo post celeriter sublato, caput eius acie breui, uel habitu duplationis concutito.*

ALIA FORMA.

QVVM *aduersarius impetū remouerit tuū, surſū ensē ab ipsius gladio uellito uersus mucronē ipsiꝰ, quasi supnè excepturus, ucr, ensē nō remoueas, at ita heres ab ense rursus caput eius ferias.*

RATIO ET FORMA. VNDE

Quatuor nuditatibus ensis mucro adplicatur.

RATIO *isthęc ensis applicandi grauis et habitus alijs, contra quos pugnas, periculosus, quoniam quatuor nuditatibus obesse solet, soletq; exerceri tum, cum cito ab aduersario recedere statuisti.*

EAM *igitur rationem ensis applicandi sic agas, si ad hostem ense Athletico more regendo peruueneris, tum in custodiam Bouis te adaptes uel Aratri, si mauis, et si hostis supernè contra te ferire uel pungere ex latere suo dextro conetur, prȩuenias eum excipiẽdo, ad proximã nuditatem lateris ipsius sinistri, mucronem longiorẽ propellas, expectans, nũ posses uenari occasionem applicandi ensis.*

RVRSVM, *cum is è supernè de latere suo sinistro contra te feriat, etiã tũ eũ excipiẽdo ꝓuenias, atq; mucronẽ longiorem lateri eius dextro infigas.*

AT *si is ab infernè de dextro suo latere feriat, tu mucronem longum uersus proximam nuditatem lateris aduersarij dextri impellas.*

ALIA FORMA.

SI *uero itidem ab infernè de latere suo sinistro contra te feriat, tum mucronem longiorem uersus nuditatem inferiorem lateris dextri injcias, subinde expectans mucronem, et si is intorsionem mucronis perspexerit, remouerit q;, ensis tuus remaneat supra ensem hostilem, et inde celeriter contra proximam nuditatem ensem injcias.*

RATIO VRGENDI HOS"


tem insequendo progressu.

ISTIVS *rationis uarij sunt habitus et vsus, ijq; sunt magna prudentia exercē-di atq; industria contra Athletas, qui ex porrectis et liberis Ictibus Athleticā tractāt, sed ucram ipsius Athleticę artem, occultamq; non magnifaciunt.*

PRIMVM *habitum rationis hostem urgendi hoc modo exercēto, si ad hostē gladiando peruencris, sinistrum pedem preponas, teq; in custodiam de die componas, diligenter autē obscrues, quibus contra te habitibus utatur, et si eueniat, ut porrectim supnè contra te feriat de humero suo dextro, cū impetū non repellas, sed cura ne ictu te apphendat aduersarius, atq; dū ensis eius in ipsa ictus ui deorsū defertur humū uersus, ad cū dextro pede prosilias, et proximā nuditatem lateris dextri supernè quasses, et ea ratione priusq; hostis ensem sustulerit, iam uulneratus est.*

ALIVS P̄CEDENTIS HABIT?

QVVM *aduersarius ictū longius deorsū direxerit, hoc autē fiet, si eū tu non exceperis, ictus. n. eo modo defert: tu autē eius ictū feriundo cōsequutus sis, cum igitur celeriter is ensem rursus elcuet, tuumq; impetum excipiat, fortiter tunc acies ensis tui longa, ipsius ensi adiuncta remaneat, et si remouere sursum conabitur, tum dextro hostis pedi sinistrum resiliendo postponas, atq; transuersario uel alio habitu caput ipsius de latere capitis dextro quassabis, inde uero celeriter uersus alterum latus habitu duplationis seu alio genere ictus laborabis, iuxta obseruationem, nū fortiter ensem, uel minus, teneat, atq; hęc forma dicitur externa.*



ALIVS ITEM HABITVS.

Si hostis longius feriendo deorsū fertur, et tu ictū ipsius consequeris.

SI eius ensem contigeris uersus latus ipsius sinistrū, et is celeriter ex ꝑmunitione transuersario latus tuū dextrū feriat, tunc tu transuersarium exercendo, sub eius gladio irrumpēdo, collum ex latere sinistro saucies, uel sinistro pede prosilias, in latus aduersarij dextr, ictūq; eius itidem ictu tuo consequitor uersus latus dextrum, uel incisionem brachijs iniectam uersus caput eius usurpato.

ALIA RVRSVS

consequutionis Forma.

QVVM contra aduersariū inferos ictus exercēs uel te componēs in custodiā Populi ut uocant pugnas, et is ensem tuo cōiungat priusq; leuaris, tu remanēs tollas ensē sursum: uerꝫ si ex ꝑmunitiōe contra te ferire cōet, uel à tuo gladio intorquere suū tu curabis, ne ensē remouere possit, atq; ipsū sequens contra proximā nuditatem concertato.

Hoc insup obseruabis, ut eū instādo urgeas ex omnibus custodijs, ommibusq; ictibus, quamprimū cognoris, q; aduersarius lōgius ictū rexerit, quā ut statim ensē attollere possit, atq; quamprimū nudū se quacunq; parte corporis id sit, exhibuerit.

CAVTELA, QVA SENTITVR

nū hostis ensem firmiter uel non contineat.

INTER ensis longioris habitꝰ, excellētissimū omniū id est: sentire nū hostis fortiter ensē teneat uel infirmiter. Secundū: ut crebros ictus cōtra hostē, atq; id fiat uelocissimè, exerceas. Et si quis huius artis magister haberi cupiat, nec ꝑdictos modo habitus nouerit, nequaq; gloriet se Athleticā tenere, quare in primis illa duo discenda sunt.

HABITVM *ſenticndi hac ratione percipies. Si ad hoſtem digladiando per-*
ueneris, atq; mutuo gladios ex primo congreſsu contigeritis, tum in ipſa enſiū coruſca-
tione mutua mox obſeruandum tibi eſt, num fortiter uel minus enſem tuum contigerit,
quamprimum uero id ſenſeris, recordêris ſtatim uelocitatis, id eſt, ut uelociſsimè in ipſo
habitu ſentiendi pariter cum hoſte concertes, atq; ea conditione uulnerabitur ꝑter opinionẽ.

PORRÒ, *ſentire, et celeriter inſuper crebris ictibus uti, illi duo habitus à*
ſeinuicem diuelli nequeunt, nec alterum abſq; altero uſurpare tutò licebit. ex hoc igit
percipies. Si ſenſeris, ut ſupra cõmemoratum eſt, illũ infirmiter uel fortiter enſem tuũ
tetigiſse, celerrimè utêris crebris ictibus. nã hij duo habitus ſemper ſunt coniuncti. Se-
cundũ autem, quod eſt, ut celer ſiſet uelox: in omnibus habitibus uſurpare poteris. Sci-
licet, Conduplationibus, Tranſmutationibus, Tranſcurſibus, Inciſionibus, Luctis, arrepto
enſe hoc habitu, quicquid uolueris, conaberis ꝑcipue id contra hunc habitũ tam ꝑſtantẽ
ignorantes exercere poteris.

CONSEQVVTIO ADHI-
bita inciſionis forma.

CONSEQVVTIONES *vſurpato ex utroq; latere addita inci-*
ſione, id ita adꝑhendas. Si aduerſarius coram te ictu ſuo longius exceſſerit ſiue de latere dex-
tro, ſiue ſiniſtro, tu animoſè ictũ eius, enſe tuo cõſequitor uerſus nuditatẽ ipſiꝰ. at ſi is enſẽ
leuarit, tuumq; enſem ab infernè tetigerit, diligentiſsimè obſeruato, ut quamprimũ enſes
fuerint coniuncti, celeriter brachio hoſtis, enſem tuũ ſuperimponas ex acie lonoa, eaq;
ratione ſupprimas, uel, ſi mauis, os proſcindas.

SVPERINIECTIO ENSIS.

SI quis inferioribus ictibus te fuerit adgressus, hoc modo contra te geras, si uolueris cō-memorato habitu uti. Cum ad hostem accesseris, et is ab infernè contra te feriat, excipe ipsius impetum nolito, uerū diligenter obseruato, cū ipsius ictus inferus tibi adpropinquarit, tu de humero dextro ictū porrectum ferias, indeq; mucronem longiorem in faciem uel pectus aduersarij propellas, necnon eū adplices, et proposito loco ensem adiungas, itaq; fiet, ut infernè te adp̄hendere nequeat hostis. Si autem is ab infernè ensem leuauit, tuumq; impetum excipiat, longa tui ensis acies firmiter hostis ensi inhęreat, atq; inde celerrimè cōtra ipsius nuditatem proximā concertato.

Isthuc tibi quoq; obseruandū est, si firmiter ipsius ensem contigeris, atq; is ex p̄munitiōe alterlatus tibi ferire conetur, tunc acie longa caput eius saucies, et aequè contra nuditatē ac prius labores utrinq;.

REMOTIONIS HABIT' ET VSVS.

ID hoc modo exercebis, si ad aduersariū processeris, atq; is quasi pungere uelit se cōstituerit, tu sinistr. pedem p̄pones, necnō uersus ipsū in Aratr. cōponas te, ex latere dextro tuo, nudumq; latus hosti sinistr. prębeas, cū igit' nuditatē fodere conetur, ensem deflectas in latus sinistrum tuū uersus ipsius ensē, et brēui acie, eius ensi coniungas, et ea cōditione hostis impetū remoueas mucrōe tamē contra hostē porrecto, sinistro post dextro pedi cōiuncto, facié inde uel pectus fodias.

ALIA FORMA P̄CEDENTIS.

SI in Aratri habitu de latere dextro consistas, et aduersarius nuditatem sinistri lateris supernè conetur ferire, tu sublato ense, contra ipsius ictum in latus sinistrum eū conuertas

capulo in forma Bouis pro facie tua constituto, alterum pedem si dextro adiunxeris, facie inde uel pectus aduersarij pungas, idq; ex Aratro de latere sinistro facias.

DE TRANSMVTATIONIS

uel Transmissionis Vsu.

VARII habitus Transmutationis et usus sunt, quibus uti poteris cõtra gladiatores ex omnibus ictibus, qui feriunt contra enses potius, quam nuditates, ijs igitur uti addisces prudenter, ne dum Transmutatione tu uteris, hostis mucrone te appetat.

Transmutationem hac ratione exercebis. Cum ad hostem processeris, supernè cõtra ipsum porrectim ferias caput adpetendo, uer, si is contrà feriat, ensem et non corpus appetes, tunc mucronem infernè transmittas, priusquàm ensem tuũ aduersarius cõtingat, uersusq; latus alter, pungas. at si id fieri obseruarit hostis, et remouere impetũ conabitur, rursum memineris ensem transmittere uersus alter, latus, cum igitur habitũ toties exercebis, quoties aduersarius tuendose ensi tuo obuiarit utrinq;.

ALIA EIVSDEM FORMA.

QVVM ad aduersariũ processeris, sinistr, pedem prefigas, mucronemq; longiorem contra facié ipsius cõuertas, et si is supernè uel infernè feriundo ensem tuũ adpetierit, atq; excutere eũ conetur, mucrone inclinato deorsũ nec non uersus alter, latus pungas, et hoc exerceas contra omnes ictus.

Etiam id obserues, cum aduersarius impetum exceperit, uel ensem tuũ in primo conflictu contigerit, et si sui ensis mucronem non uersus corporis tui nuditatem conuerterit, verum

iuxta latus frustra porrexerit, tũ animosè ensem transigas : Sin uero pro facie tua mucronem tenuerit, uel nuditates uersus, tũ transmittere nolito, uerũ remaneas in ense ipsius hærens, atq; inde contra proximam nuditatem laborabis, et ea ratione cauebis, ne te hostis urgere possit instando : neq; mucronem nuditatibus tuis adiungere poterit.

RETRACTIO ENSIS.

HIC modus contra Athleticæ magistros exercendus est, qui fortes in coruscatione collisioneq; ensiũ addita simul defensione. Itemq; aduersus eos, qui ab ensiũ coniunctiõe non recedũt expectantes, nũ aduersarij longius ictũ regere uelint, uel ensem remouere, Si igit eos magistros decipere cupias, retractiõe ensis hoc modo utêris : ex latere dextro acriter uersum aduersarij caput ferias, et si is impetum cũ remouere conet, ensem retrahas priusq; ipse cũ contigerit, inde autem latus ipsius alterum pungito, atq; hoc habitu in singulis contactibus utitor.

ALIVS PRECEDENTIS HABIT⁹.

si ensem tuum aduersarius contigerit.

SI igitur hostis hæreat in ensiũ collisione expectans, nũ remouere ensem uelis, retractione ensis tu simulato, nihilominus tamen inhereas, Verum celerrimè ense retracto ad medium usq;, subito iuxta gladium ipsius uisum uel pectus pungito, Sin autem hostem non uerè puxeris, tunc utitor duplationibus, uel quicquid tibi optimum factu uisũ fuerit exerceto.

TRANSCVRSVS. ET LVCTÆ.

IIS habitibus uti poteris contra gladiatores, qui timentes uulnera et plagas incurrere solét, Hoc autem modo eos exerceas. Cum aduersarius impetú tuum remouerit, atq; sublatis brachijs incurrere studeat, viribus suis supernè te superare cupiens, uicissim et tu brachia attollas, manuq; sinistra ensis nodum supra caput eleues, strictus ensis per dorsú pro- pendeat. inde autem caput per ipsius brachia, uersus latus transigas, tum etiam dextr pedem prosiliendo, dextro item ipsius postponas, at in ipso saltu, corpus hostis ex latere sinistro, dextro brachio circúdabis, cumq; si dextrę coxæ tuę iniecceris, in caput aduer- sariú precipitato.

ALIVD LVCTÆ GENVS.

SI aduersarius brachijs sublatis incurrerit, tuq; illi uicissim, tum uersú latus eius dextr capite transcurras, dextrú pedem anterius, aduersarij itidem dextro preponas, dextroq; brachio sub brachio eius itidem dextro exerto, ilia hostis circumdabis, atq; nonnihil te demit- tas, inde si cum in dextram coxam iniecceris, retrorsum aduersarium reijcito, atq; his luctis utrinq; exercito.

ALIA ITEM FORMA.

QVVM is in latere dextro tuo incurrerit, sustuleritq; brachia, te quoq; ita cóposito, ensem dextra contineas, brachiumq; eius repellas, inde prosiliendo sinistrum pedem aduer- sarij dextro pedi preponas, sinistro autem brachio lumbos eius circumdato, inde si te paululú demiseris, et in coxam sinistram iniecceris, hostem pronum prosternas.

ALIA.

ADVERSARIO incurrente leuatis brachijs, et tu quoq; eodem modo constiteris, dextra ensem manu teneas, si inde eius brachium remoueris, sinistrũ pedem, eius dextro postponas, sinistriq; brachium ante pectus ipsius exeras apprehendendo latus sinistrum, atq; si in coxam sinistrã posueris tuam, eũ reijcias, eas igitur luctas duas utrinq; exerceto.

Rursũ si incurrat ense aduersarius, brachio demisso ita ut nequeas transcurrere, hos subsequentes habitus usurpato.

Si hostis incurrat ense sublato, uerũ manibus nonnihil demissis, sinistram ab ense si remoueris, ea hostis dextram corripito interius inter manum ipsius utranq;, inde in latus sinistrum conuertas, atq; dextra ensem cõtinente caput ferias supernè. Sed si nolueris ferire, tũ dextrũ pedem prosiliendo, aduersarij sinistro postponas, atq; brachio dextro collum ipsius antrorsũ, uel retrorsum si circundederis, per genu dextrum eum prosternas.

ALIA

QVVM incurrat aduersarius ense, manus autẽ eius sint demissiores, remota manu sinistra ab ense tuo anterius, dextra nodum super dextrã hostis manũ exterius dirigas, atq; supprimas: inde autem si cubitũ ipsius dextr, sinistra manu corripueris sinistrumq; pedem prosiliendo, hostis dextro præposueris, per eundem supprimas aduersarium.

ALIA.

INCVRRENTE hoste, tu ense abijcias, mutata dextra eius dextrã eadẽ corripito externè, sinistra autẽ cubitũ ipsius hostis dextr, adphendas, inde si sinistrũ pedẽ per sinistrũ brachiũ tuũ, ipsius brachio dextro anteposueris, necnõ sustuleris, hostis intercluſus est, atq; disrumpe brachiũ poteris, uel pronũ per pedem sinistrũ deijcere.

HABITVS ABSCISIONIS.

HIC habitus remouet superintorsiones ensis tui, atq; eũ ita tractes necesse est. Si contra hostem Athleticam exerceas ex inferis ictibus, uel si te in custodiam composueris, quę nobis Populus dicitur, et is ensem suum tuo superimponat priusq; ensem attollas, ensis tuus infernè remaneat sub ipsius gladio, uerq; acie breui firmiter si sustuleris, et is suppreßerit, tũ retrorsum atq; furtim ab ipsius ense tuo remoto, celeriter iuxta ensem hostis supernè faciem sauciato.

ALIA EFFIGIES.

QVVM uersus hostem in congreßu inferis ictibus uteris, uel in custodia Populi cõsistas, et is ensem tuũ feriat prope capulum ita, ut mucro eius uergat in latus dextr, tum celeriter nodo sublato sup ipsius gladium, acie longa pmißa caput hostis uulneres, uel si is ensem tuũ ex latere sinistro feriat, sublato rursus nodo supra ensem aduersarij celerrimè, acie breui caput eius concutito.

DE QVATVOR INCISIONIB?

DVÆ sunt supernę, quæ usurpantur contra Athletas, qui digladiantur ex pmunitiõibꝫ, uel collisionibus ensiũ, solentq; ferire contra latus alterũ, quod incisione hoc modo prohibere poteris. Si aduersarius exceptione, uel aliâs ensis coniunctione ex latere sinistro, atq; subitò transuersario uel alio ictu dextrũ latus ferire conet, tum ictũ uitabundus sinistro pede in latus aduersarij dextr prosilias, et aciem ensis longã. brachijs aduersarij utrisq; supimpõas, incîdendoq; reprimas, et eo habitu utrinq; utêris, quoties ex pmutatiõe alter latus appetierit.

Inferiores duę incisiones exerceant contra gladiatores sublatis brachijs incurrentes: ijs igit hac ratione utitor, quoties aduersarius ensem tuũ ex primo congreßu feriat, brachiaq; sus-

16

tulerit, atq; ſinistro latere incurrat, enſem tuũ cõmutabis ita, ut pollex ſubſtet, acies longa itidem capulo enſis hoſtilis ſubſtet, pertingat autẽ brachium ipſius, ex ea forma incidendo ſurſum tendas, uel ſi incurrat, brachijs leuatis uerſus latus dextrũ tuũ, rurſũ ita enſem mutato ut pollex ſubſtet, acies breuis itidem capulo aduerſarij ſubſtituatur brachiũ cõtingens, atq; ſurſũ ſi tollas, rite uſus fueris ijs habitibus.

RATIO VNDE SVPERNE

inciſiones ex infernis mutari et formari poſsint.

ID hoc modo percipias, Si aduerſarius uerſus ſiniſtrum latus incurrat leuatis brachijs, tum aciem enſis tui longam ſub capulo conſtitutã in brachiũ hoſtis conuertas, atq; acriter ſurſũ tendas, inde progreſsus in latus ipſius dextrũ, nodo interim inferne conuerſo non remoueas enſem à brachijs aduerſarij, deinde conuerſo enſe ex inciſione inferiori in ſupernam ſuper brachiũ ipſius acie longa ꝓmiſſa, et iuſtẽ hoc habitu uſus fueris.

Sin autẽ incurrat hoſtis uerſus dextr. latus ſublatis itidem brachijs, tũ enſem ſub capulũ eius ſubſtituas acie longa in brachium cõuerſa, et firmiter tollas, inde ſi in ſiniſtr. latus aduerſarij proceſseris, nodo infernè tranſacto, poſt conuertas aciem longã ſuper brachio hoſtis ex acie longa in formã inciſioĩs, atq; inde repellas.

DE DVABVS INCLINATIONIB'.

uel ſuperiniectionibus enſis.

ISTÆ inclinatiões nihil aliud ſũt, quã habitꝰ Aratri utriuſq; in ijs etiã obſeruare licet et neceſse eſt, nũ aduerſariꝰ fortiter uel minus enſẽ teneat, ictibus atq; ꝓctioibꝰ, tũ etiã in prima enſiũ coruſcatiõe. Inſup et hoc ſcito quatuor inde intorſiões eſse exercendas, et ex ear. qualibet ictũ ſingulare, punctionẽ, atq; inciſionẽ ex ſuperno omnes formabis.

DE FENESTRA PATVLA.

SVPRA cõmemoratum est, qua ratione in quatuor prædictas custodias ense regẽdo Athleticè te componere necesse sit. Nunc igitur intelligas eum habitum, quo de agimus, esse custodiam, qua tutissime consistere poteris, custodia autẽ ipsius mucro est, de acie longa, hic enim optima ensis pars est, et nobilissima: si qui igit ex eo Athleticã rite exerceãt, eò compellunt aduersarios, ut etiã inuiti uulnerentur.

Fenestrã autem patulã hoc modo formabis. Si in conspectũ aduersarij ense rite gubernando processeris, exercens ictũ quemcunq; siue supero siue infero, tũ subinde mucronem longum brachijs porrectis pariter ex ictu, injcias contra hostis faciem uel pectus, atq; ea conditione eum urgebis ad se defendendum, uel ut ensem tuũ in primo cõgressu feriat, id igitur si fecerit, acies ensis tui longa acriter eius ensi inhæreat; atq; interim animo forti et indefesso diligenter perspicias, quos habitus aduersarius exercere uelit, si ab ense tuo recesserit hostis, tu mucrone subsequutus, uisũ uel pectus eius adpetito. Sin uero ex primi congressus coruscatione alter latus tuũ ferire conet, rursus firmiter brachia aduersarij proscindas, atq; cõn eius caput nauiter laborato. Verũ si aduersarius neq; ab ense tuo recedere, neq; latus alter ferire uoluerit, tũ utitor duplationibus uel alijs quibusuis habitibus iuxta quod sentias cũ fortiter uel infirmiter tenere ensem.

Mucro longus longè omniũ optimus habitus est, nanq; eo ipso eô aduersarius compellitur, si instes. ut nec ullos habitus exercere queat, quocirca in omnibus ictibus eum exerceas cõtra ipsius faciem uel pectus, atq; inde porrò uarios habitus formes.

Etiam isthuc Fenestra patula adpellatur: Cum ferme in conspectũ aduersarij fueris progressus, sinistrum pedem præponas, atq; mucronem longũ brachijs porrectis cõtra aduersarij faciẽ uel pectus protendas, priusq; eius ensem contigeris, ea q; ratione consistas quid ferire, uel quos habitus contra te sit usurpaturus prospectans. Cum supernè feriat, tũ sublato ense, cum contra ictum ipsius cõuertas in Bouis habitũ, et inde uisũ pungas. Sin autem ensem tantũ ferire studeat corpore neglecto, audacter transmutato et alter latus pungito. Sin autẽ incurrat eleuatis brachijs, infernam incisionẽ usurpato, at si ea demiserit, luctari poteris. ea itaq; ratione quoscunq; habitus per brachia usurpare licebit, qui tibi optimi uidebuntur.

DE INTORSIONIBVS ENSIS.

17

IN ijs habitibus singulis sis exercitatus, eos celeriter ut poßis exercere. atq; aduersarij impetū omnem, quo contra te utatur, remouere prudenter q̃as. etiā noris inclinationū genera quatuor esse, supernas duas, atq; duas itidem infernas. Supernę quidem Bos dicuntur, infernæ autē Aratrum utrinq;. Verū ex quatuor prędictis inclinationibus octo intorsiones formantur, idq; diligenter obserues, ut ex qualibet intorsione singulariter unū ictum, punctionem, atq; incisionem producas.

Iam uero percipies, quo pacto ex quatuor inclinationibus octo intorsiones formare poßis, Prima duas habet intorsiones, eas igitur hac subsequenti ratione exerceas. Cum ense tuo Athleticę regendo ad hostem conceßeris, de latere dextro consistas in Bouis habitu, et si is supernè uersus latus tuum sinistrū feriat, tum obuiā ictui eius, ensem torq̃as, ita ut aciē breuem tui ensis, eius gladio applices in habitu Bouis, atq; inde uisū pungere non dubites, et is habitus dicit̃ intorsio. Sin autē aduersarius eū impetum remouere conetur de latere sinistro, ensis tuus ensi eius adiunctus remaneat, atq; rursū ensem inde torq̃as in latus tuū dextr. in habitum Bouis, ut acies longa, ipsius ensem contingat, rursumq; supernè faciem hostis fodito, et is habitus dicit̃ inclinatio ex latere dextro adhibitis duabus intorsionibus in hostis ense.

Secundā ensis supiniectionem hac ratione exerceto additis duabus alijs. Si in conspectum aduersarij fueris progressus, de latere sinistro in Bouis habitu consistas: et si hostis supernè contra latus dextr. tuū feriat, tū aciem ensis tui longā, ipsius ensi adplices, atq; supernè uisū ipsius pungas, et is habitus intorsio est, sin autē punctionem eā repellat uersum latus suū dextrum, remaneas ab ipsius ense hęrens, inde autem subito rursus in latus sinistrū ensem torqueas in habitū Bouis, ita ut breuis acies aduersarij ensi adplicet̃, atq; ex hac forma supnè uisum hostis pungas, idq; est secunda superiniectio de latero sinistro adhibitis rursum duabus in ense hostis intorsionibus.

Obseruandū tibi insuper erit, ex duabus infernis proclinationibus itidem quatuor intorsiones exercendas esse, quod est Aratr. utrinq;, ut sup̃ memoratū est, adhibitis ear. habitibus singulis ex superno ictu formatis. Quoties igit̃ cunq; intorsionū generibus uoles uti, semper ictus, punctionis, atq; incisionis memor esto, quos habitus usurpare ut supra dictū est, oportet.

Igitur ex octo intorsionibus proueniũt uiginti quatuor habitus, tot .n. octo ex sese pariũt. Qua autẽ ratiõe ijs sit utendũ, et contra quos habitus, necnon quomodo formentẽ, aut quando sit usurpandũ, partim in superioribus, partim uero ex subsequentibus cognosci potest.

INDEX HVIVS LIBRI.

A

FO: FA:

Applicatio Ensis. . . . . 11.

Absciſsio. . . . . 15. 2.

B

Brcuis expositio Ensis longioris. . . 1.

C

Curuus ictus. . . . . 4.

Cura Tyronum præcipua. . . . . 1.

D

FO. FA.

Dextra manu agiliore existente sinistra non vtendum. . . . . 1. 2.

E

Ensis longioris expositio. . . . . 1.

Erraticus ictus duplex. . . . . 7.

Ensis superiniectio. . . . . 13.

Ensis retractio. . . . . 14.

Ensis luctæ. . . . . 14. 2.

Erraticus ictus. . . . . 6. 2.

F

FO: FA

Feriendi verticis ictus. . . . . 9.

Fenestra patula. . . . . 16. 2.

H

Habitus Remotionis. . . . . 13.

I

Ictus quinq; à sinistra. . . . . 2.

Ictus ab ira denominati. . . . .

Ictus curuus. . . . . 4.

Ictus Transuersarij. . . . . 5. 2.

Ictus Transuersarij quatuor Nuditates. 6.

Ictus erraticus. . . . . 6. 2.

Ictus erraticus duplex. . . . . 7.

Ictus Limus. . . . . 7. 2.

Ictus feriendi verticis. . . . . 9.

Ictus quatuor castra dirimentes. . . 10.

Incisiones quatuor. . . . . 15. 2.

Inclinationes. . . . . 16.

Intorsiones. . . . . 17.

L

Limus ictus. . . . . 7. 2.

Longioris Ensis Expositio. . . . . 1.

Lucta Ensis. . . . . 14. 2.

M

Manu sinistra non vtendum cum dextra agitior est. . . . . 1. 2.

N

Nuditates quatuor. . . . . 3.

Nuditates quatuor Ictus Transuersarij. . . . . 6.

INDEX PRÆCIPVOR

capitum in hoc libro contentorum syllaba fo: folium, faciem notat altera chartæ cuncta suo poteris sic reperire loco.

P — fo: fa:

Propugnacula seu castra quatuor. . 9. 2.

Progressio vrgendj hostis gratia. . . 11. 2.

Progressio duplex. . . . . 12. 2.

Post acceptos ictus nemo sine ignomi„ nia vlterius insequitur. . . . . 1.

R

Remotionis habitus. . . . . 13.

Retractio Ensis. . . . . 14.

S

Superinjectio Ensis. . . . . 13.

T


Transuersary Ictus. . . . . 5. 2.

Transuersary ictus quatuor Nudi„ tates. . . . . 6.

Transmutatio. . . . . 13. 2.

Transcursus. . . . . 14. 2.

Tyronum cura præcipua. . . . . 1.



HABITVS ICTVS ILLIVS QVI EXTRA NOMEN SORTITVR. CONTRA EVM. QVO VERTEX ADPETITVR ICTVM.



SI ad aduersarium concesseris dioladiando, pedem sinistrum preponere memento, atq; in hunc modum te in habitum predictum coaptabis, supra caput acinacem contineas brachijs porrectis, ex latere dextro, ita ut mucro retrorsum uergat, feriasq; ictum prenominatu uersus leuā capitis aduersarij partem, Confestim uero dextro insequutus pede, mucronem contra hostis faciem dextri lateris dirigito. Sin aut aduersarius habitu consimili aduersum te fuerit usus, te sinistrū prefigente, constiterisq; in ictu, quo vertex adpetitur, punctionem acie longa prōmissa auertes, dextroq; consequutus uersus partem capitis eius sinistrā ferias. Excipiente id aduersario, tum saliendo pedem sinistrū eius dextro preponito, itaq; caput aduersarij acie longa porrecta appetes, et si is eadem racione contra te utatur, sinistro introgressus, eius ictum excipies, interimq; ictu inferiorem usurpando ex latere corporis tui dextro uersus aduersarij latus sinistrū ferias.

ICTVS INFERIOR DE VTROQ, LATERE.



HVNC in modū in prędictum modo habitū te adaptabis, dextrū pedem prefige, et capulum acinacis pro capite contineas, mucro recta contra hostem sit porrectus, uerū insequutus sinistro transuersario uersus capitis eius latus dextrum uteris, et si ictum eum auerterit aduersarius, tum crebros ictus continuos usurpabis, atq; rursum uersus brachiū eius dextrū feries. Sin uero is dupliciter simili ratione dextrum latus tuū appetat, sinistrū te preponente pedem, eum longa acie premissa auertito, interim uero sursum supra caput acinace subleuato, consecutus dextro, celeriter latus capitis aduersarij dextrū idest nuditatem supernā adpetito. Hoste id excipiente, tū mucrone uersus visum uel pectus eius missile tendo diriges. Si is auertat, dextro pede consequitor, et contra vertice aduersarij superne ferito.

ARCVS EX LATERE VTROQ.



QVVM in aduersarij conſpectum acinace gubernando ritè peruueneris, dextrum prẽponere non dubitabis, ita tamen ut ſupernè acies acinacis tui longa appareat. mucro rectâ in hoſtem porrectus, deinde loeuo pede inſequêris, atq; ſurſum de terra ad dextrum aduerſarij cubitum feries. Is uero ſi habitum hunc exceperit, tum eius pedi dextro dextrũ tuũ pedem prẽpones interius, et ſupernè caput aduerſarij pulſabis. Sin uero idem aduerſarius contra te uſurparit, teq; in habitu arcus conſiſtente contra hoſtẽ, dextrũ pedem referes retrorſum, et ſi feriendo uſus fueris tranſuerſario ictu, ictus aduerſarij hoc modo fuerit auerſus. Subito aũt crure dextro intrò concedes, et latus eius ſiniſtrũ feriendo acquires. Hoſte id excipiente, ſiniſtro conſequutus ſi fueris, mucronem in faciem eius infigito. Et cum ratione aduerſarius conſimili contra te utatur, mucrone eius acie longa acinacis tui prẽmiſſa auertes, celeriter interim inſequutus pede ſiniſtro, habitu tranſuerſarij dextrum hoſtis brachium adpetes.

DVÆ AVERSIONES EX LATERE VTROQ.



QVVM ad hostem, acinace more athletico regendo accesseris, dextrum prę-
pones, atq; iuxta pectus acinacem continebis dextrũ, interimq; insequutus pede sini-
stro, uersus brachiũ aduersarij dextrũ ex loco infero sursum ferito. Si is eadem con-
tra te facere molitur, et tu in habitu auersionis constiteris prefixo pede dextro, acie
longa acinacis tui prẽmissa excipies aduersarij ictum, Subitoq; insequere loeuo, et
apprehende manu tua sinistra, eius dextrã, caput feriundo adpetito. Etsi hostis
te modo eodem arripuerit, atq; supernè ad te feriat, tu eius cubito dextro manũ si-
nistra si adiunxeris, uis ictus auertetur aduersarij, interea brachiũ tuũ sinistrũ
uersũ te adducito, et retrorsũ si concesseris, nuditatẽ eius supernã pulsabis. Sed
si rursũ is exceperit, tu uicissim instando, nec nõ transuersariũ usurpando uersus
caput ferias. Cũ uero eodem habitu te aggredi studuerit, Curuè illi incides feriun-
do, et perstringes incisione facie eius, eaq; ratioe retrorsũ ictibus gubernadis cocedes.

HABITVS COGENDI IN CVSTODIA CANCEL-LATA QVO ADVERSARIVS COGITVR ICTVM TVVM EXCIPERE.



Si contigerit, ut propius ad hostem fueris progressus in predicto ictus habitu, dextrũ pedem preponito, acinacem supra humerũ sinistrũ continebis, atq; sinistro pede consequitor. si dextrũ aduersarij brachiũ appetieris, eũ coges, ut sui corporis defendendi rationem habere oporteat. Sed si ad sui defensionem coartatus fuerit aduersarius, te dextro imitente in custodia cancellata, ut mucro terræ infixus sit, nec nõ acies longa uersus aduersariũ consistat, dextrũ pedem referto. & acinace supra caput eleuato. Interea dextro rursum insequutus latus eius sinistrũ ferias. Id si hostis exceperit, tũ in latus dextrũ acinacem demitte acie eius longa supernè apparente, insiliendo pedem sinistrũ aduersarij dextro postpones, ictuq; transuersario hostis aurẽ dextra tundes. Verũ si is idem moliatur aduersus te, id acie acinacis tui longa prmissa auertere nõ dubitabis. Interea in introgredere pede dextro, et incisione inferiori aduersarij brachiũ dextrũ saucies, atq; in ipo incisionis actu manu sinistra, eius dextra si captaris, primas partes auferes, idq; efficies, ne superiorem nuditatem loedere possit aduersarius.

ICTVS SEVERVS CONTRA ICTVM SVPNVM.



EVM habitu ita exercebis, sinistrū pedem pponito, et acinace supra genu dextrū tuū contineto ex capulo ita, ut mucro contra aduersariū sit porrectus, et si uersus nuditate supernā aduersarius feriat, dextro pede consequitor, et eleuato acinace supra tuū caput, conuersa acie longa superne, frustra hostis feriet, ea em ratioe eius ictus eludetur. Celeriter aut transuersariū ictum usurpando aduersarij aure dextra pulsabis. Sin uero habitu consimili is usus fuerit contra te, te dextrū prefigente pede, ictu eius acie longa pmissa auertes, sinistro insequitor, et celeriter ictu iterato, eius brachiū dextrū adpetito. Sed si rursus ictu auerterit, dupliciter instando consequêris, mucrone in facie eius uel pectus infigendo. Quū uero modo no dissimili tibi obuiarit, pedem dextrū referto, et caput eius ictu gemino appetes. Sin autem is eadem ictus ratione cotra te utatur, tum pedem dextrū aduersarij sinistro prepones, atq acie acinacis tui breue in eius longā inflectendo adpones uersus aduersarij latus sinistrū, et inde incîdendo in eius faciem uel collum prorumpes.

MVTATIO ACINACIS INFERNA CVM ICTV FORTVITO.



Si quando prope ad hostem acceseris, in eu habitu hoc modo te adaptabis, dextrum pedem ꝓponito, acies tui acinacis inferior consistat, capulus iuxta dextrū genu appareat ita, ut mucro intra utrūq; pedem retrorsum uergat, interimq; acinacem leuabis sursum, sinistro insimul consequitor, vt tn acies longa superior existat, mucroq; contra aduersariū porrectus, atq; rursus crure dextro insequutus, acie longa ꝑmissa caput eius pulsato. Sin uero in ictu predicto scilicet fortuito constiteris, dextrū pedem preponens, isq; te hac ratione aggrediter, dextrū referto, et acinace sursum supra caput sublato, ut acies longa superior appareat, ita ictus aduersarij fuerit elisus. Interea tn memineris, ut certes cum ipo ex loco acinacis infirmiori & firmiori alia nuditatē ex alia requiredo, tu supernè tu infernè. Verū si aduersarius nuditates tuas eadem ratione perquisiuerit, supernè duplicabis, infernè mutabis contra facie ipius aduersarij, et eo modo occęca- bis eū, ut eo potenciore perfectioreq; ictu uersus caput eius regere possis, eū si aduersarij auerterit, tu ictu cruciatu in ipsius conspectu, seu pro facie usurpando brachium eius dextrum appetes.

DVO CASTRA SEV HABITVS VNDE ICTVS CRVCIATI FORMĀTVR



QVVM acinace rite gubernando ad inuicē fueritis congressi, dextrū prepones, iuxtaq genu dextrū acinacis tui capulū continebis, manū sinistra prope mucronem, et si aduersarius superne nuditatē tua adpetat feriundo, tu supra caput tuū acinacem tolles sursum, sinistro tn pede prefixo, et ea ratioe facile ictum aduersarij eludes, subito autem caput eius ictu duplici cruciato affliges, Verū si idem contra te fuerit molitus aduersarius, te supra pedem dextrū acinacem continente, acies longa contra hostem porrecta si sit, mucro uersus terrā deorsum, atq dextrū prepositeris, aduersariū crucis modo acie breui auertito. Interea aut brachio eius dextro mcisione inferna si impressferis, atq cubito ipius dextro manū loeua adiunxeris, aduersariū propelles, insequu" tus confestim pede sinistro, eius nuditatem supernā feriundo inquires. Sin uero is te eodem habitu repulerit, nec no superne cupiat caput pulsare tuū, pede sinistru resiliedo si retuleris, ictus tuos rursū resumere licebit, aduersario uel minime præpediente.

HABITVS SENTIENDI.



QVANDO congrediendo prope coniungimini, dextrũ prẽponas neceſſe erit, etſi aduerſario obuia feriundo ueneris, in primo contactu acinaciũ diligenter obſeruabis, an firmus uel imbecillis acinace tenendo ſit. Si firmus fuerit repertus, fortiterq; reſtiterit, pede ſiniſtro inſequêris, celeriter ſi loco acinacis tui imbecilliori, qui eſt iuxta mucronẽ, fueris uſus, partem capitis aduerſarij dextra adpetes. Si aũt is idem contra te moliatur, tuq; uiciſsim primo acinaciũ contactu utaris uerſus aduerſariũ, prẽponens pedem dextrum, tũ ſiniſtro conſequitor, atq; eius ictum eludes loco acinacis firmiori, qui eſt uerſus capulum. Interim meminerís, ut pedem dextrũ rurſus intraponas, necnõ uerſus latus aduerſarij ſiniſtrũ ferias, hoſte id excipiente, tu dextro relato pede, mucronẽ in faciem eius infigito. Cẽterũ ſi hoc habitu contra te fuerit uſus, eũ acie acinacis tui breui deflectes, atq; acie longa eiuſdem proſcindendo eius faciem appetes. Cum uero is eadem conetur aduerſus te, curuè ei obuia acinace gubernando ſi proceſſeris, tu eque, ac aduerſarius, inciſione uti poteris, necnõ omes modò prẽdictos habitus exercere tibi licebit.

INCISIO ADDITO SIMVL HABITV VEL LENDI.



SI prope in aduersarij conspectu peruenieris, oim primu sit, ut pedem pponas dextrum, brachiu quantu poteris pariter cu acinace extendendo, caput eius perstringes incisione. porro si idem contra te moliatur aduersarius, tuq; uicissim dextro imitaris, tum rectà superne caput eius adpetes, et in ipo actu ictus, regendo acinacis tui capulo supra brachiu aduersarij dextru iuxta eiusdem acinace, habitu eo si deorsum conuulseris, eius incisio iam elusa est. Deinde sinistro confestim insequutus pede uersus latus aduersarij dextru, transuersarim usurpando caput eius pulsato. Sed si idem molitus fuerit hostis, caput tuu adpetendo transuersario, retrorsum pede dextro concedes, euq; ictu acie longa prę-missa auertes, subito aut acinacem in faciem eius impellendo diriges. Cu uero id à te fieri obseruarit, nec no eu habitum declinarit, rursus intro dextru pedem dirigito, uterisq; quàm celerrimè duplici ictu erratico, inde uero eius brachium dextru feriendo adpetes. Ceteru aduersario latus tuu dextru ea ratione appetente, in triangulu concedes, aciem longa si supra caput direxeris, ictus eius per eam elabetur: statim uero instando si insequutus fueris, nuditatem supernam hostis, acinace contundes.

DVÆ INCISIONES SVPERNÆ.

11



IN ſupernam inciſionem hoc modo te preparabis, dextrũ prepones pedem, et rectã deorſũ ictu regendo eius brachiũ incîdes dextrum. Aduerſarius autem id ſi animaduerterit, tũ tui acinacis dorſum manu leua contingas, et fortiter eo habitu incîdendo propellas. Sin uero is idem conabitur te dextro imitente, pedem ꝑdictũ modò referto, et eo modo inciſionẽ aduerſarij effugies. Statim uero dextro imitens rurſum procedito, acinace ſupra caput conſtituto ita, ut acies longa ſit conuerſa ſuperne, atq; mucro retrorſum uergat, Interim ſiniſtro inſecutus pede, uerſus caput eius ictu gemino utêris. Cuꝫ aduerſarius auertere eũ conetur tranſuerſariò, tũ manu tua ſiniſtra ultra aduerſarij manũ dextrã regenda, ſui defenſionem auertito: ſimulq; ſuperna nuditatẽ eius adpetere feriendo poteris. Cęterũ hoſtis ſi eadem moliatur, eius cubitũ dextrũ manu leua arripere nõ ceſſabis, eũq; ſi abegeris propellendo, acinace ſtringere, uel ferire aduerſarij caput licebit.

CONTRA HABITVM CORONÆ IMPVLSVS
SEV ACINACIS INIECTIO



EVM in habitu hac ratione te adaptabis, dextrũ pedem ſi prefixeris, mucronem acinacis vultui aduerſarij, uel pectori eius impellendo adplicabis brachijs porrectis. Verũ ſi is mucrone in tua faciem adegerit, te in habitu Coronæ conſiſtente, atq; ſiniſtrũ prefixeris, coronę habitu eũ auertes, interim uero ex eo habitu deflectes in tui defenſione, eleuato acinace ſupra caput tuũ, dextro pede inſecutus, ex loco infero ſurſum, eius brachiũ dextrũ tundendo appetes, et ſi hoſtis id exceperit, tũ deflectes ictum, uerſusq; eius latus dextrũ ſuperne feries. Porrò ſi is ſuperne et infernè te loedere cupiuerit, curuè ei coincides ſupra brachiũ aduerſarij dextrũ, introq; pede dextro procedes, manu ſiniſtra, eius cubito dextro applicata ſi propuleris abs te, facile caput eius contundere licebit. Sin uero ratione conſimili aduerſarius utetur atq; te remouerit, dextrũ referre memineris, et hoc modo pnominatũ habitũ uitabis, et æquales conatus cũ aduerſario exercebis, interim uero in eius faciem mucrone impellito. Sed ſi eũ auerterit, rurſus intrò dextro concedas pede, atq; ſi ex loco infero ſurſum feriundo, eius latus ſiniſtrum adpetes, ictum ſupernum uſurpando ab aduerſario te ſeparato.

ICTVS QVO VERTEX ADPETITVR, ADDITA ACINACIS AVERSIONE.

13



QVVM ad hostem digladiando prope peruenerís, eũ in habitũ hoc pacto te ac-commodabis, dextrũ prepones pedem, et brachijs porrectis uersum caput aduersarij fe-ries. Verũ si is supernè contra caput tuũ, acinacem direxerit, pponente pedem te dex-trũ, tũ pariter cum aduersario ferias, mq; ipso ictu inferendo, eius manũ dextra ma-nu sinistra captabis, et eo modo assequêris auersionẽ, simulq; dirigere uersus caput aduersarij ictũ quo uertex appetitur, poteris. Sin uero is idem contra te moliatur, tũc pedem sinistrũ eius dextro proponito, & si hostis manus dextra parte anteriore iuxta acinace manu tua simstra adprehenderis, facie eius incisione loedere licebit. Cęterũ si idem aduersarius conetur perficere, pedem sinistrũ referre no dubitabis, sursum inflectendo acinacẽ dirigito in latus tui corporis dextrũ, ut acies eius longa superior adpareat, atq; mora omni remota, ictũ in latus aduersarij sinistrum con-uertito. Porrò si exceperit ipm, confestim resiliendo dextro pede in latus aduersarij dextrũ concedes, atq; cruciatũ ictũ usurpando geminũ, caput eius appetito.

INCISIO INFERA CVM ICTV TRANSVERSA RIO.

14



HOC modo te ad inciſione prędicta compones, ſiniſtrũ pedẽ pręfiges, et quaſi ſupernè aduerſariũ ferire cupias, aſſimulabis, interea partẽ acinacis anteriorem apprẽhende manu ſiniſtra, atq; inflectendo te in inciſione infera accomodabis appetendo brachiũ aduerſarij dextrũ. Cæterũ ſi contra eũ conſtiteris, ſiniſtrũ pedẽ prępones arrepto tranſuerſario, et inc̃idere brachiũ tuũ dextrũ conetur, tu acinacem inflectendo ſupra acinacẽ hoſtis reges, eo habitu ſi attraxeris uerſum te uellendo, aduerſarij inciſioem effugies, ſimul et eũ ſtringere poteris. Sin aũt ea uolet auertere, pedẽ ſiniſtrũ retrorſũ reduces, atq; mucronem uerſus faciem eius dirigito. Porro ſi idem ſcilicet habitũ prẽnoiatum uſurpet, arcus habitu, qui paulo ſuperius deſcriptus eſt, eũ excipies, dextro ſi fueris confeſtim inſequutus, uerſus latus aduerſarij ſiniſtrũ ferias: et ſi ictum tuũ eluſerit, pedem dextrũ referes, atq; feriendo tranſuerſariũ, brachiũ eius dextrũ contundes. Verum ſi is eo modo te aggreditur, tu inſtando pede ſiniſtro, ſurſum regendo ictum ab infernè ſurſum directum, uerſus aduerſarij cubitũ dextrũ feries, excipiente uero aduerſario, ictu celeriter remiſſo, ſupernè eius brachium dextrũ ſauciato.

INCISIO SVPERNA ADDITA SIMVL AVER-
SIONE.



SI in conſpectum aduerſarij prope acceſſeris, in ſuperne incisionis habitu hac ratione te accommodabis, dextro præfixo, caput aduerſarij ictu ſuperno recta facto adpetes, et eo habitu ſtringendo eius faciem ſauciabis. Verū ſi is idem efficere conetur, intrò pede dextro concedes, atq; inciſionem ab hoſte in te factam auertito acie longa acinacis tui prmiſsa, interim uero parte acinacis tui anteriore manu ſiniſtra arripe, mucroneq; eius collū premito, et ad te eū ſi conuelles, conſequutus pede ſiniſtro, aduerſarium proſternere tibi licebit. Si uero te conſternere conetur eadem ratione, dextrū reduces pedem retrorſum, manuq; ſiniſtra acinaci tuo auxiliū ferto, et eiuſdem loco firmiori incîdendo hoſtem propelles, et ea defenſione, ne humū proſtratus tundas, te liberabis. Confeſtim uero inſiliendo rurſus intrò procedas, et ictu quo uertex adpetitur, caput aduerſarij pulſato. Sin exceperit ictum, tū in latus tuū ſiniſtrū inclinando acinacem diriges, atq; dupliciter ſuperne contra eū ferias acie longa premiſſa. Sed ſi eadem is conetur efficere, tū per eius ictum inflectendo tranſibis, eleuato acinace ſupra caput in tui defenſione, tanq; ſuperne eū ferire cupias, ſi ſimularis, mucronem uerſus aduerſarij faciem diriges impellendo.

HABITVS EIVS ICTVS QVI NOMEN SORTITVR EST EX IRA. CONTRA INCISIONEM SVPERNAM.

16



In eũ habitũ ita te componas, prẽponendo pedem dextrũ, acerrimè è ſuperiis uerſus ca-put aduerſarij feries. et ſi is aĩo iracundo contra te feriat ratione non diſsimili, pedẽ dextrũ, eius dextro propones interius, et apprehende acinacis tui mediũ manu ſiniſtra, atq; ad-iũgito inferne eius manũ dextrę: eo itaq; habitu acinacis tui capulus, eius capiti immi-nebit, interim uero fortiter incîdendo hoſtem abiges, atq; dextro pede firmiter inferne uerſus te ſi adtraxeris, incîdendo aduerſariũ proſternes. Sin uero ea ratione contra te fuerit uſus, atq; te ſtringendo cupiuerit proſternere, Vt humũ ſaucius tundas, dextrũ pedẽ referto, et ſi fortiter è ſuperiis brachium eius ſiniſtrũ appetendo ferias, te liberabis, ſecuruq; reddes ab aduerſario. Verũ is ſi inſtiterit longius, tũ feriundo ſurſũ eius brachiũ dextrum tranſ-uerſario appetito, et ſi eodem habitu uerſus latus dextrũ utatur, pede loeuo intro cocedas, atq; acie longa eũ auertere nõ dubitabis, ſimulq; aduerſarij caput ictu erratico duplici ag-gredere. Verũ ſi uolet eo modo te decipere, eius manũ dextrã manu ſiniſtra captabis, atq; ſupra caput tuũ acinace eleuato in tranſuerſariũ, aduerſarij partes primas irritas reddideris.

HABITVS PER QVEM ADVERSARIVS CIR-
CVMVERTI EX DVPLICI ICTV SVPERNO POTEST.



QVVM in hostis conspectum accesseris acinace ritè gubernando pedè sinistrũ præfiges, atq; ictu iterato supernè contra eũ ferias, et quãprimũ acinace aduersarij senseris, dextro confestim insequitor, insimul manu sinistra apprehende eius axillam dextrã, et si propuleris, eũ circũuertes. Sin aut idem contra te fuerit molitus, te pedem dextrũ præponere, constiteriscq; in conuersionis habitu, referto pedè sinistrũ, atq; mucronẽ dupliciter in faciem uel pectus aduersarij impellito. Hostis cũ eũ auerterit, rursũ consequitor dextro, atq; caput eius pulsando appetes. Coeterũ si ictũ aliaduerterit, necnon à se remouerit, eleuato pro capite tuo acinace, mucroneq; in latus sinistrũ propendente, mucronẽ manu loeua si apprehenderis, capulum acinacis capiti eius impinges. Et si habitũ aduersarius eundem usurparit, coronæ defensione teipm tueberis, interea ex ipa defensione remittes, atq; habitu trãsuersarij capiti eius adpropinquabis, auertente ictũ aduersario, tũ aliam ex alia nuditatem requirendo, ubicũq; sine sui defensibe fuerit repertus, infernè seu supernè eũ adgreditor.

TRANSVERSARIVS CONTRA ICTVM QVI DICITVR CVRVVS



ITA te componas huc i habitu: introgreditor pede sinistro, et recta latus capitis aduersarij dextru, transuersario pulsabis. ex eo propugnaculo si te fuerit aggressus feriundo trasuersarii, te pponere pede dextru, sinistro insequêris, curuo uersus aduersarij latus dextru sinistro ictu, atq; facie eius inciside laeseris, brachiu dextrú confestim appetito. Id si hostis exceperit, ab infero loco sursú, latus eius dextru sauciato. Ictú modò pnominatú si is usurparit, tú manu sinistra è supernis ultra aduersarij dextra reges, deorsú ea ratioe si suppresseris, conatu eius irritu reddideris, simul etia uersus caput hostis ferias supernè. Si quando is te eode modo appræhenderit, intrò pede dextro concedes, et brachio ipsius dextro, manu sinistra applicata, ictú auertes aduersarij, æqualiterq; cú ipo decertare poteris: Verú in ipo certamine, rectà uertice eius appetes. Sin ab eo ictu se tuebitur, tú prosiliendo uersus latus aduersarij sinistrú, pede sinistrú prefiges, atq; supra caput acinace sublato, quà celerrime poteris, supernè ictu gemino uteris. Verú is si consimili ratione contra te usus fuerit, curuú ictú usurpando acie acinacis tui breui eú remouebis, et pariter aduersariu incidêdo seu feriundo aggreditor.

HABITVS QVO ADVERSARIVS PROSTERNI POTEST EX HAMO.



AD eum habitū te hac ratione compones, ictu ſuperno ex manu egregiè porrecta utendo contra aduerſariū feries, et ſi ijſdem ictibus vis te aggrediatur, pedem dextrū eius ſiniſtro poſtpones interius, et eo modo te accōmodabis in habitum, ex quo aduerſarij poplitem pede tuo regere poteris atq; in diſcrimē caſus adducere. Sin aūt in eaſdem anguſtias te compellere ex habitu iam prędicto conetur, curuo utitor ictu, brachiū dextrū ſupra eius brachiū regendo, et manu ſiniſtra parte colli anteriore impellendo, pede eius popliti iniecto uerſus te ſi attraxeris, humū tundat, efficies proſtratus. Verū aduerſarius ſi ex eodem propugnaculo ſternere te conabitur, tūc in latus ſiniſtrū eius proruendo pede ſiniſtro concedes, atq; manū ſiniſtra aduerſarij cubito ſiniſtro ſi adplicaris, inferne et ſuperne diſcrimē ab aduerſario inte excogitatū deuitabis, inde ab eo recedes facto ictu ſuperno. Cæterū inſtando ſi te urgere uoluerit, inflectendo acinace tuū ſupra caput leuabis in tui tutiſſimā defenſionē, atq; in ipſa hoſtis inſtantia acie acinacis tui longā ꝓmittendo eius ictū auertes, ſubitoq; mucronē in eius faciē uel pectus immittes. Sed ſi id porrò aduerſarius excuſſerit, caput inciſione ſuperne affliges. Remouente hoſte etiā hunc conatū, duabus inciſionibus infernis utēris ex latere utroq;.

PROPVGNACVLVM CONTRA ICTVM MV TATORIVM



HOC modo te accomodabis in hac propugnaculi specie, erectus tibijs paribus con-
sistes, acinace supra caput sublato ita, ut mucro retrorsu uergat, tu dextro deniq; pro-
cedes pede, et figendi habitu arripe retro caput ex latere sinistro in aduersarij dextrum
uertendo. Sin aut in habitu ictus mutatorij, dextru preponès constiteris, et hostis mu-
cronè predicta ratioe uersus te direxerit, inflectendo ex mutatorio acinace tolles sursu,
pfixo pede sinistro, punctioneq; acie longa puertendo remouebis, interea si in triangulu
concesseris, longa acie supernè caput aduersarij pulsato. Ictu si excipiet hostis, tu in la-
tus eius sinistru, pedè dextru diriges, rursus nuditatè supernà aduersarij adpetes. At
si is eodem ictu gemino supernè fuerit contra te usus, acie tui acinacis longa remoueto,
nec no interea pedè sinistru eius dextro ppones interius, simulq; si brachiu sinistru ultra
aduersarij dextru porrexeris, caput pulsare eius licebit. Sin aut hostis te eadem uia appre-
henderit, tu manu leua brachiu eius dextru arripito, si eu repuleris, dextru brachium
ab aduersario correptu et tu liberabis. Confestim uero pedè sinistru eius dextro pfigere
no cessabis, et ex eius brachio flectendo te eripies uersus latus tuu dextru, ut acies longa
acinacis tui supernè consistat, relato pede sinistro retrorsum, aciem longa pmittendo
ab aduersario recedes.

RATIO QVA ADVERSARII BRACHIVM CON-
FRINGERE POSSIS CONTRA IMPVLSVM ACINACIS.



ADVERSARIVM si prope, athletica consuetudine usurpando, accesseris, intrò pede dextro procedes, è supernis porrectè caput eius appetes. Sed si hostis ictu uolet remouere, in ictu qui à uento nomen sortitus est, te compones, is ita se habet, acinace manu dextra tolles ita, ut mucro deorsu ex tergo appareat, capulus uero sursum uergat, atq; pede dextro reducto, dextrū aduersarij brachiū aio alacri ferire nō dubites. Si uero contingat, ut is te ex eodem habitu aggrediatur, te pedem dextrū præfigente, acie longa prmissa eius ictum eludes, inde uero curabis enixè ut eius latus dextrū ex loco inferiori sursū regendo ictu ferias. Verū si rursus ictu auerterit, celeriter nuditates aduersarij inuestigabis proximas. Sed cum tuas inquisiuerit hostis, eleuato supra caput eximie in transuersariū acinace conuerso, ita ut pes tuus dexter sit ppositus, brachium eius dextrū pulsato, sin exceptus fuerit ab aduersario ictus, tū porrectè acie lōga uersus latus eius dextrū feries. Et si eadem contra te hostis conetur efficere, excipito, simulq; pedē dextrū, eius pedi dextro applicabis, atq; mucronē in uultū aduersarij animosè impellito. Sin aut eo ipo habitu te aggressus fuerit, acie longa acinacis tui prmittendo, eius mucronē eludito, et incuctanter intrò ingreditor pede sinistro, atq; capulū acinacis tui gubernādo supra dextrū eius brachiū, cubito aduersarij dextro manu dextra adplicabis, et si in latus sinistrū tuū deflexeris, brachiū aduersario ifringes, pariterq; eo habitu psternes.

GEMINVS CONTRA INTORSIONEM ICTVS.



HOC in habitu pedẽ dextrũ ſi pfixeris, acie acinacis tui breue pmittendo, caput aduerſa-
rij pulſato. Sed ſi is eo modo te aggreditur, m inflexionis munimeſo conſiſtentẽ aduerſus hoſtem,
diligenter ictum eius obſeruato, atq; dextrũ pedẽ contra ipm ponito, inflectere confeſtim memineris,
et ex ea ipa ratiõe inflexionis, partẽ hoſtis acinacis anteriorẽ iuxta mucronẽ manu ſiniſtra apprehẽde,
ſequutusq; pede dextro, m latus aduerſarij dextrũ defflectes. Sin aũt te in eaſdẽ anguſtias copulerit, ſiniſtrũ
itroponito pedẽ, necno ſi manu ſiniſtra infernè eius axillæ dextræ adplicaris, atq; abegeris aduer-
ſariũ ex eo propugnaculo, ab ictu eius te optime tueberis, interi uero cura eius rei ages, ut traſ-
uerſario brachiũ hoſtis dextrũ tato impetu tundas acinace, ut brachiũ feriundo diſſoluas.
Cæterũ ſi confeſtim pedem ſiniſtrũ retuleris ſurſũ ex loco inferiori, facie aduerſarij adpetes. Sin
aut is eadẽ ratiõe utatur, aduerſarij conatũ acie longa pmittendo auertere nõ ceſſabis. Porrò
ſtatim pede ſiniſtro inſequutus, mucronẽ uultuj hoſtis inflectendo impelles. Cæterũ, ſi ab ha-
bitu mucronis iniecti ſe liberarit, ictu gemino brachiũ eius dextrũ adpetito. Si aut, qd ple-
rũq; fieri ſolet, eadem aduerſus te conatus fuerit, tu m latus hoſtis dextrũ, pede ſiniſtro con-
cedes, atq; manu ſiniſtra ſi eius cubitum dextrũ impuleris, inciſione ſupernè uel infernè
aduerſarium affligere poteris.

AVERSIONIS FORMA CONTRA INCISIONEM.



SI quando contingat ut ad hostem propius accesseris, pede sinistro introgredito, atq; è loco inferiori sursum feriendo, eius cubitū dextrū appetito. Eum ictū aduersarius si uolet auertere, pede sinistro recedes, et geminū cruciatū usurpando uersus latus aduersary sinistru ferias. Verū, hostr eadem ictus ratioe utente, dextrū te pedem prefigente, acie loga pmissa ictum eludes, celeriter aut dextrū eius latus animose pulsabis. Verū si is itidem remouerit ictū, insequutus sinistro, in facie hostis, acinacis tui mucronē infigito. Cęterū si se appeti habitu modo predicto senserit, conetur q se ab eo securū efficere auertendo, tum aduertice porrectē aduersary, acinacem regendo supernē ferias. Quū uero eadem ictus forma con-tra te aduersarius utatur, pedem sinistrū rursus intraponere nō cessabis, et in ipo pro-gressu, quasi eius caput tundere uoles, te compones, sed confestim parte acinacis tui anteriorem manu sinistra arripe, atq; anterius, mucronem circa collum hostis di-riges, pedeq; dextrū interius eius dextro ppones, eo habitu si in dextrū latus tuū couulse-ris, ut humū tundat deiectus uellendo, aduersariū coges.

DVO SVMMI CONTACTVS EX ACINACE.



SI in ipo aggreſſu Ad hoſtem peruenerís, in primu contactum ſupernum ita te ac-
comodato. pede dextro ad hoſtem intro alacriter concedes, et caput eius appetito. Sed
ſi is ictum remouerit, ſiniſtro celeriter inſecutus, uerſus aduerſarij brachiu dextru
ferias. Sin aut is idem molitus fuerit, te dextru pfigente, tu brachio extento uerſus
digitu pedis aduerſarij dextri maiore ferito, atq; ex eo habitu intro pedem ſiniſtrum re-
gendo ſi conceſſeris è loco inferiori ſurſum feriundo ex latere tuo dextro eius cubitu
dextru pulſato: eo ictum modo prenominatu remouete, confeſtim latus capitis
aduerſarij dextru tranſuerſario tundes. Porro ſi et is tranſuerſariu contra te uſur-
parit, aciem acinacis tui longa præmittendo te defendes: interea aut ad eum dextro
pede intro concedes, atq; ſupra brachiu eius dextru curue coincidas, et eo habitu
faciem hoſtis proſcindes. Sin uero is te ex eodem propugnaculo uolet proſcindere,
manu ſiniſtra hoſtis dextram captabis, inde ſi eum hac ratione abegeris propel-
lendo, uerſus nuditatem ſupernam eius animoſe ferito.

CAPTIOSVS SEV FALSVS MVCRO CONTRA MVTATORIVM QVEM RETRO PEDEM LONGIVS DIREXERIS.

IN congreſſum ad hoſtem hoc modo te componas neceſse erit, dextrū propo-
nito, atq; ferriundo diriges acinacem longius pede porrecto uerſus humū, interea
aut ſiniſtro inſequitor, ſublatoq; ſurſum acinace, mucrone eiuſdem retro caput
tuum ex latere corporis tui ſiniſtro, in aduerſarij dextrū uerſus faciem eius in-
flectendo diriges. Sin autem hoſtis idem moliatur, te imitente ſiniſtro in habitu
mutatorij longius reiecto, eū reducere nō dubites, atq; acinacis tui dorſo, mucro-
nem aduerſarij abigito. At celeriter dextro rurſum inſequutus, gemino ictu ca-
put eius appetito, duplicē erraticū uſurpando. Et ſi eum conatū exceperit, mucro-
nē in faciem hoſtis inflectes, ſimulq; uerſus hoſtis brachiū dextrū uſurpando ictum
cruciatū feries. Cæterū ſi te eodem modo fuerit aggreſſus, tū acie breui eius ictū re-
mouere memineris, atq; eo habitu caput aduerſarij proſcindito. Sin uero idem fieri
contra te ab hoſte intellexeris, forma coronę, ictum eius auertes, et caput hoſtis icti-
bus atq; punctionibus appetito.

FORMA ICTVS TRANSVERSARII EX LATERE VTROQ



EA ratione in transuersariũ te componito, ad hostem dextro pede intrò concedes, et ex humero dextro uersus latus eius dextrũ, transuersarium ferias. Et si is ex eodem munimento transuersario utatur, te itidem in habitu ictus prẽnoiati consistente, atq; dextrũ pedem prẽposueris, aciem acinacis tui longa propellendo, ictũ eius remoueto, subitoq; uicissim transuersario uersus latus hostis dextrũ utitor, auertente id aduersario, pede sinistro consequi non dubites, atq; supernè acie longa caput eius pulsato, Sin uero is è supernis dupliciter contra te referiat, hostem auertito acie tui acinacis breui prmissa, atq; ad hostem intrò oi timore remoto mgreditor, sinistrũ præponẽs pedẽ, manuq; sinistra, eius cubitũ dextrũ captabis, et si subter aduersarij brachiũ dextrũ, acinacem inflexeris sinistræ manui tuę auxiliũ ferens, eũ proscindes, et ex ipo incisionis habitu aduersariũ propelles, simulq; caput feriundo acriter adpetes. Verũ si contigerit, ut is supernè itidem te aggrediatur, dextrũ pedem reducito, pariterq; si remoueris ipius ictum habitu coronæ, incidendo eũ loedere poteris, postea uero cum hoste aliam nuditatem ex alia perquirendo concertabis.

INCISIO ADDITO HABITV EX QVO ACINACEM ADVERSARIO LICEBIT EXTORQVERE.



AD inciſionem iſtam te rite accomodaris, ſi pedem ſiniſtrũ prepoſueris, atq; aduerſarij ictum accuratè obſeruaris. Et ſi is ictibus ſupernis te aggreditur, tum inci-ſionem inferna uerſus latus eius dextrũ uibrabis, ſimulq; in ipo inciſionis habitu, manu ſiniſtra interius aduerſarij brachio dextro applicata ita, ut eius acinaces inter brachia tua ſubſiſtat: eo igitur modo hoſtem acinace ſpoliabis. Poſtea pedem dextrũ, eius dextro præ-figes, et in latus aduerſarij dextrũ ſi deflectes, confringere brachiũ eius poteris. Sin uero hoſtis ex eodem munimento te fuerit aggreſſus, tum manu ſiniſtra tuæ dextræ ſi auxiliaberis, periculo, quo minus brachiũ tibi poſſit infringi, te liberabis. Confeſtim uerò inſequutus ſini-ſtro, dextrũ pedem manu ſiniſtra apprehendito, et acinacẽ parti gutturis hoſtis anteriori ſi adiunxeris, atq; manu ſiniſtra inferne ſi adtraxeris, ſuperne autem protruſeris, ſupinũ hoſtem proſternes.

CVSTODIA DIVRNA ET ARCVS. VNDE HABITVS FORMATVR. QVO ADVERSARIVS POTEST PROSERNI.

28



SI prope in conſpectum aduerſarij conceſſeris acinace rite gubernando, cũ dextro pede præfixo accedes, eoq; modo in habitũ cuſtodiæ diurnę te compones, brachiũ egregiè ſupra caput extolles, ita tñ ut acies longa tui acinacis ſupernè ſit conuerſa, mucro retrorſum propendeat, inde poſt mucronẽ uerſus aduerſarij faciem uel pectus diriges. Sin hoſtis eum eluſerit, pede ſiniſtro intrò procedes, atq; brachiũ eius dextrũ utendo tranſuerſarij habitu pulſabis. At ſi rurſus ab eo ictu ſe tutabitur, uerticem eius tundito. Verũ ſi hoſtis te dupliciter eo modo fuerit aggreſſus, tũ tueberis te arcus habitu quã acerrimè, ſimulq; pede inſequutus ſiniſtro, uerſus aduerſarij faciẽ ferias. Porrò hoſte id remouente, in dextrum latus tuũ inflectes, acinace ſupra caput animoſè ſublato, atq; dextro inſequutus, pectus eius pungendo aggreditor. Verũ ſi is pectus tuũ uiciſsim figendo attentarit, aciẽ longa premittendo mucronẽ auertes aduerſarij, interimq; ex loco inferiorij uerſus brachiũ eius dextrum ferias. Sin remouerit ictũ, tu ſupernè dextrũ rurſus adpetito. Cęterũ aduerſario te conſimili ratioe adgrediente, arcus propugnaculo auertere non dubitabis, confeſtimq; eius dextro pede arrepto, manu ſiniſtra, ſi adtraxeris, tu etia acinace tuo eius pudenda pungendo fueris adgreſſus, aduerſarium ruere coges.

HABITVS EX QVO ACINACEM ADVERSARIO EXTORQVERE LICET. SIMVL ETIAM PROSTERNI HOSTIS QVEAT.



QVEM in modum ad hoc propugnaculũ componere te oporteat, ex ſequentibus mox cognoſces. Pedem ſiniſtrũ prępones, atq; aduerſariũ ictibus ſupernis aggrediêris, et ſi propius ad eum conceſſeris, dextrum intropones, atq; ex ictu curuo aduerſarij capitis partem ſiniſtra adtentabis feriundo. Cęterũ ſi is idem moliatur, te dextro miſiſtente, acie breui premiſſa ab eo periculo tutaberis te, et in ipso momento collũ eius, aciem longa premittendo proſcindes, conante id aduerſario remouere, ſiniſtro introgredere, è loco inferiori ſurſum feriendo dextrũ euis brachiũ pulſabis, interea tn ſiniſtrum referre memento, et ab loco inferiori latus eius ſiniſtrũ ferias. Sin uero idem contra te uſurparit, ictu eius acuratè obſeruato, ſiniſtrũ pedem intropones, atq; porrectè uerſus caput aduerſarij ſupernè ferias, interim uero brachiũ eius dextrũ manu ſiniſtra ultra hoſtis acinacem directa, apprehendito, uerſuq; latus tuu dextrũ ſi deflexeris, acinacẽ è manu eius torquebis, et in ipso articulo mucrone tui acinacis euis collo applicabis. Si aut eadem tentarit, acinacem bnuole hoſti concedes, ſed manu ſiniſtra eius cubitũ ſiniſtrũ ſi apprehenderis, dextraq; inter pedes aduerſarij applicaris, proſternes eum facilimè.

MVNIMENTVM. QVOD IN TERRAS LON-GE DISTANTES PROSPICIENDVM ESSE MONET.

30



AD eum habitum hac ratione te compones, si ad hostem propius concesseris, pedem sinistrum introponito, supra caput acinacem continebis ita, ut acies longa superne adpareat, mucro contra aduersariu porrectus, postea dextro consequutus, mucronem in faciem hostis infi-gito: id si aduersarius remouerit, acie longa acinacis tui prmissa caput eius pulsato. Sin autem e contra aduersarius te ictibus et punctionibus infestet, excipito, atq; pede sinistro insequutus, feriundo dextru pedem eius appetes, etsi remouere eu ictu conatus fuerit, tum prope ad eu conce-des dextru pedem prepones in primu acinaciu contactu, nec no ictu cruciato facie hostis atten-tabis. Veru aduersario habitu modo pdictu usurpante, sinistro introgreditor, et acie longa & prmittendo remouebis, subitoq; uersus brachiu eius dextru acinace feriundo dirriges. Cu aute hostis idem molitur, dextru pedem referre no dubites, atq; ex eo habitu acinacem abyce, manu dextra, aduersarij pedem sinistru, et manu sinistra eius cubitu sinistru si apprehenderis, bra-chiu eius debilitas, pariterq; supinum sternere poteris.

HABITVS QVO VERTEX PVLSARI POTEST, CONTRA ARCVM.

31



SI commodè uolueris hoc habitus genere uti, porrecte, atq; ex alto feriundo, acinace contra aduersariũ dirigito, ictu quo uertex eius tundi potest, usurpando. Et cũ ad eum propius concesseris, pedè sinistrũ intropones, acieq; acinacis tui breue uersus eius faciem impellito, si ea punctione remouerit, gemino ictu erratico utitor, simulq; si dextro fueris insecutus, partem capitis aduersary dextra affliges. Verũ eo idem moliente, dextrum pedem dirigendo ad eum propius concedes, atq; habitu arcus eũ amolitor, ita tñ, ut capulus pro capite tuo consistat, confestim uero insequitor sinistro, et inflectendo te in gemina incisione accomodabis, statim ex ea habitus ratione facie eius incisione proscindes. Sin ab eo periculo incumbente sibi fuerit se tutatus, dextro pede sine ulla cunctatione insequutus, acie longa acinacis caput hostis aggreditor. Ceterũ si is eadem ratione contra te fuerit usus, pedem sinistrũ intropones, atq; in latus tuũ dextrũ acinace deflecte deorsũ mucrone uergete, et porrecte caput eius è supernis ictu regens infliges ex latere dextro, interimq; humero aduersarij sinistro apprehenso manu sinistra abs te eũ remoueto. Et si te eodem habitu abegerit, tu sinistrum pedem eius sinistro præpones, et arrepto aduersarij poplite loeuo, eius faciem ex ratione arcus proscindere sis paratus.

RATIO ACINACIS EXTORQVENDI AD DITO HABITV BRACHII INFRINGENDI.



AD hoc certaminis genus ita te accommodabis, intrò uersus hostem ingressus pede si-
nistro, gemino ictu caput eius adpetes. et si auertere fuerit conatus, confestim dextro insequeris,
atq; transuersariũ usurpando dextrũ hostis latus pulsato. Verũ si rursus ictum eluserit aduersa-
rius, tum in latus eius dextrũ pede sinistro concedes, interea aut inflectes acinace uersus facie
ex aduersarij latere sinistro ita, ut acies eiusdem longa superior appareat. Sin uero is contra te
eo modo laborarit, dextro intrò concedas, et eius conatum acie longa acinacis tui prmissa eludas,
celeriter aut eius pedi sinistro loeuũ prepones, atq; capulo tui acinacis ultra hostis brachiũ dex-
trũ regendo, caput sauciare ex eo habitu licebit. Postea curabis, ut eius cubitũ dextrum
manu sinistra apprehendas, brachiũq; ea ratiõe confringas. Cęterũ, aduersario ex eo pro-
pugnaculo erupente, et tuũ brachiũ infringere conante, eius cubitũ dextrũ manu uicissim
loeua apprehende, acinace tñ tuo supra dextrũ hostis brachiũ applicato, uersus latus tui
corporis dextrũ te conuertes, et si manu tua sinistra, dextrę subueneris, acinacem ex ma-
nibus aduersarij extorseris. Post si tibi idem ab hoste contigerit, tũ cubitũ eius loeuũ manus
impetu sinistræ si impuleris, securũ te reddes.

DVPLEX IRRVPTIO VNDE HABITVS PRO-
STERNENDI HOSTIS FORMATVR.



ACINACE athletico more gubernando in prędicta rationem hoc corporis geſtu te compones. Contra hoſtem pedem ſiniſtrū intraponito, et è loco inferiori ſurſū feriundo latus aduerſarij loeuū pulſato. Verum ſi ab eo ictu ſe defenderit excipiendo, ictu quo uertex appetitur, item eo uteris, qui à ſtrabonibus nomē ſortitus eſt, uerſus latus capitis aduerſarij dextrū. atq; ex eo habitu ſi dextrū prędonendo longius conceſſeris, inflectes mucrone in faciem uel pectus hoſtis. Sin aut idem aduerſus te uſurpet, pedem ſiniſtrū pfigere memineris, et acie longa acinacis tui auertendo te tueberis, ſubitoq; dextro conſequitor, inclinato et inflectito mucrone contra faciē aduerſarij, latus inſuper eius dextrū pulsabis. Id hoſte auertente, uerſus brachiū eius dextrū celeriter ictū geminū feriundo uſurpabis. Sed ſi is ex eodem habitu te aggreditur, in triangulū concedes, atq; aciem longa prędeuertendo ictū auertes, interea etiā utendo tranſuerſario rectā eius aurē dextra ferito. Cæterū aduerſario idem moliente, circū collū eius manū ſiniſtra dirigito, et eo modo ictū aduerſarij eluſeris. Sin aut te ea ratioe apprehenderit, tū pede ſiniſtro retro eius poplite ſiniſtrū concedes i habitū, quo pede tuo eius popliti iniecto aduerſarius ruere cogitur, confeſtim uero manu ſiniſtra ilia eius circūdabis, atq; ea ratioe hoſtē deijcies.

IRRVPTIO DVPLEX EX QVO MVCRONIS HABITVS FORMANTVR.

34



QVVM prope ad hostem acinace regendo concesseris, dextro pede introgredi non dubitabis, atq; ictibus supernis usus, aciem breue acinacis contra aduersarij facie uel pectus impellito: Verū si auertere conabitur aduersarius, geminū ictū usurpando uersus caput eius ferias, supernè duplicato, infernè mutato, confestim uero sinistrū intropones pedem, et è loco inferiori sursū feriundo brachiū eius dextrū appetes. Sin uero hostis te supernis et infernis ictibus usus adgreditur, sinistro pede ad eū concedes, atq; supernè nec non infernè acie acinacis tui longa premissa eius conatū auertito, sed in ipo auersionis habitu breue acie deorsum uertes, etsi pede dextro introgressus fueris, forma, qua uertex aduersarij pulsatur, uersus eius caput uteris. Amoliente uero hoste eū ictū, habitu cruciati ictus brachiū eius dextrū sauciabis, et dextrū insuper pedem reducito. Verū si instando te sequatur, tū manu sinistra medium acinace correpta, ita tn ut acies longa superior existat, mucrone in faciem aduersarij infigito. Porrò cū utraq; manu acinace in faciem tua impulerit, dextrū pedē eius sinistro implicabis, et si acinace in forma coronæ sustuleris, punctione eius auertes. Celeriter autē capulo acinacis tui, eius collo ex parte anteriori adiuncto, si infernè attraxeris hostē ad te, supernè uero propuleris in latus tuū dextrū, supinū hostem prosternes.

HABITVS QVO SOL ADVERSARIO MON" STRATVR CONVERTENDO.

35



IN eam forma ſic te compones: ad hoſtem dextro procede, utendo iã acie longa, iam breui caput eius pulſato ex eo ictu, quo uertex adpetitur, Vel, qui no" men adeptus eſt ã limis oculis. Sin uero id aduerſarius auerterit, pede dextro reducto, uerſus facie eius mucrone impellito. Sed ſi is idem contra te moliatur, tu dextrũ intraponito, atq; impulſu acie longa præmittendo auertere nõ ceſſabis. Subito aũt ad hoſtem ſiniſtro inſequutus, latus capitis eius ſiniſtrũ pulſabis. Auertente id aduerſario, facie eius proſcindes, rurſuq; pede dextro conſequitor, atq; ictu tranſuerſario parte capitis eius dextrã adoreditor. Verũ ſi is habitu eodem fuerit uſus, rurſus intrò concedes pede dextro, et ſuperne uertice hoſtis gemino ictu erratico tundes. Cęterũ aduerſario ictus eludente, acinace proiicias, mentũ eius manu dextra arripias, ſiniſtra aũt ſumũ capitis. Sin aũt aduerſarius pede dextrũ apprehenderit manu ſiniſtra, coneturq; te proſternere, facie eius uerſus solem con" uertito, eaq; ratioe te liberaueris, pariterq; hoſtem proſternes.

ICTVS QVI EX IRA NOMEN EST SORTITVS
CONTRA LONGIOREM MVCRONEM



QVVM in conſpectu aduerſarij acinace athletico more gubernando conceſſeris, pede ſiniſtro introgreditor, acinace erecto brachio ſupra caput ex latere dextro contineas, mucrone retrorſum uergente, et acies longa ſuperna ſit, Confeſtim uero dextro pede conſequutus, latus capitis aduerſarij dextrū ictu gemino ex ira facto affliges. Cū aut hoſtis eos ictus irritos reddiderit, tu in facie eius uel pectus mucrone acinacis tui infigito. Verū ſi is idem fuerit conatus, acie longa punctioem ea eludes, atq; pede dextro ad eum ſi acceſſeris, mucrone uerſus pectus ex latere aduerſarij dextro impelles. Porrò ſi conatum excuſserit ſe defendendo, celeriter ſiniſtro inſequutus pede, caput eius ex latere dextro ictu cruciato adgreditor, Sed ſi id rurſus auerterit, ictū inferno brachiū eius dextrū cotundes. Coeterū ſi ſupernas nec nō etiā infernas nuditates ratione conſimili inueſtigare hoſtis conabitur, verſus eū pede ſiniſtro procedes, atq; eius ictus aciem longa preuertendo excipies, ſubito aut digitū maiorē pedis aduerſarij prefixi pulſato. Verum ſi auertere id conetur, tum punctionibus et ictibus caput hoſtis adgreditor

HABITVS FERIVNDI QVI BOS DICITVR
CONTRA RATIONEM ARCVS



IN eum pugnandi habitũ hoc modo te componas, erectus tibijs paribus ſtabis, brachio directo ante te contineas acinacẽ, atq; mucro uerſus aduerſariũ ſit conuerſus, acies acinacis tui longa ſuperna appareat: ex eo itaq; habitu pede dextro ad hoſtem procede, et uerſũ latus eius ſiniſtrũ tranſuerſarim ferias ex acie breui. Verũ id ſi excepe-rit, pede ſiniſtrũ in latus aduerſarij dextrũ proſiliendo dirigẽs, et ſuperne porrectim caput affligito. Sin aut id hoſtis contra te fuerit uſus, pedẽ dextrũ intraponito, atq; forma Arcus te defendito eius ictũ eludendo, acinacẽs aut in manu tua ſiniſtra con-ſiſtat, et confeſtim pede ſiniſtro inſequutus, i mucronẽ propendentẽ te parabis eleuãdo acinacẽ ſupra caput tuũ, tũ latus eius capitis dextrũ ictu gemino adpetito. Sin hoſtis eo ab ictu tutũ excipiendo ſe reddiderit, manu dextra acinace arrepto, ictu, quo uertex hoſtis poteſt pulſari, gemino uerſus caput eius utêris. Cęterũ ſi is idem perficere cona-tus fuerit, in mucronẽ pendentẽ inflectes, atq; intrò pede dextro progreſſus, uerſus fa-ciem eius mucronẽ impellito. Hoſte eũ auertente, ſtatim ſiniſtro inſequitor, et ictu duplici brachiũ eius dextrũ appetes.

TRANSITIONIS FORMA CVM ICTV CONVER-
SO CONTRA HABITVM DIMIDIÆ CORONÆ.



SI ad hostem peruueneris, in hũc modũ te coaptabis, corpore conuerso consistes, facies tua aduersariũ respiciat, acinaces supra caput, brachio directo constituatur, nec nõ acies lon- ga superior appareat in transitione, postea ad eũ progreditor pede dextro, et caput hostis ictu conuerso appetes. Verũ si is exceperit, instabis dupliciter tum ictibus tũ punctionibus. Sin aũt te instando urgeat hostis, sinistro innitentem, et habitu mediæ coronæ usum, in corona inte- gram acinacem extolles, atq; ictum eius, intra manũ utrãq; auertes, interim uero dextro pe- de procedito, et uersus latus tuũ dextrũ si inflexeris, contra faciẽ uel pectus aduersarij mucro- nem impellito. Porrò si se ab ictu tuo, uel punctione liberũ reddet, celeriter ex loco inferiori sursum feriendo brachiũ eius dextrũ pulsato, dextrũ reducito pedem transuersarium usur- pando dextrũ capitis latus ferias. Sin autẽ hostis idem conabitur, sinistro insequeris, et si ictum auerteris acie longa præmissa, curue in eũ coincides, dextro confestim subsequutus, è supernis acinacẽ regẽdo faciem eius proscindes. Verũ si supernã incisionẽ exceperit, in infer- nam te commodè præparabis, atq; hostem ex loco inferiori incisione proscindas.

IRRVPTIONES DVÆ, QVIBVS FORMATVR RATIO HOSTIS PROSTERNENDI.



AD habitū prędictū hac ratione te accōmodabis, intrò pede ſiniſtro concedes, atq; di-
urnę cuſtodię propugnaculo utaris, ſtatim uero ex eo munimento egreſſus, mucronem acinacis
tui uerſus faciem aduerſarij propellito, et inſecutus pede dextro, in latus tuū dextrū inflectes, ſupra
caput acinacis capulo in tutiſsimā tui defenſionem ſublato, in latus hoſtis dextrū, pede ſiniſtro ſi
conceſſeris, tranſuerſario iam acie longa, iam breue premittendo, uſus, ferias caput hoſtis.
Cęterū aduerſario id auertente, abſq; omni mora brachiū eius dextrū adpetito. Sin autē is dex-
trū aggreſſus fuerit, animoſē pede ſiniſtro ad hoſtem concedes, atq; ſi exceperis eius ictū acie
longa pręuerſa, mucronem ex acie longa uel contra faciē, uel pectus aduerſarij premittes.
Et ſi impulſum fecerit irritum ſe defendendo, ictibus utēris ijs uerſus caput eius, quibus uer-
tex appetitur, quorūq; alter nomē habet à ſtrabis oculis. Sed cū hoſtis nuditates tuas eodē mo-
do mueſtigarit, curuo utēris ictu, interimq; capulū acinacis collo eius retrorſum adiungito,
et manu ſiniſtra mucronē ſi arripueris, uerſus te eo habitu aduerſariū adtrahito. Et ſi is
idem contra te uſurpet, tū manu ſiniſtra mentū eius apprehendes, et capulo tui acinacis ſi
faciē eius impegeris, te dimittere cogetur aduerſarius, interi uero pede in eius poplitē iniecto,
ſi imſernè attraxeris, ſupernè aut abegeris impulſu, ſupinum ruere neceſse eſt.

IMPOSITIO CVM INCISIONE CONTRA FORMAM CORONÆ.

40



PEDE ſiniſtro contra aduerſariũ intrò procedito, ſi propius ad eũ acceſſeris, et ani-
moſè uerſus caput eius ferias. Verũ ſi ictũ eũ auerterit, tũ inclinado, iflectendo, et pungendo
facie hoſtis appetito, interi uero diligenter curabis, ut dextrũ pedẽ intraponas, atq; tranſmu-
tes uerſus latus eius ſiniſtrũ, ſed in ipa traſmutatiõe, aduerſarij dextrũ latus dupliciter ferias,
Sed ſi rurſus id exceperit hoſtis, de latere eius ſiniſtro in latus dextrũ traſmutabis feriundo
ictũ cruciatũ, dextruq; brachiũ eius adgreditor. Porrò ſi idem contra te fuerit molitus, dextro
pede intrò concedas, et ictũ eius auertes longa acie preuertendo, tũ celeriter gemino ictu erra-
tico pedẽ hoſtis dextrũ appetito, interi uero ſine mora acinace extolles in tui defenſione capitis
tutiſſima, necnõ ictu cruciato facie aduerſarij pulſato. Verũ ſi is conſimili ratiõe contra te
utatur, tũ ictu ſuperno hoſti obuia procede, et ex ipo ictus habitu ſiniſtra manu eius cubi-
tũ dextrũ captabis, atq; ex dextra vultũ aduerſarij parte proſcindes. Sin aut pdictum habi-
tũ is molitur, mucronẽ acinacis tui manu ſiniſtra adprehendes, et ſupra caput in formã
coronæ acinace ſublato, irrita aduerſarij inciſione feceris, interiq; capulũ in facie eius ſi
impegeris, ab aduerſarij conatu ſecurũ te reddes, atq; ex eo habitu uellendo ac proſcinden-
do hoſtem affligere licebit.

RATIO. QVA COLLO ADVERSARII ACINACEM ADPONERE POTERIS. NEC NON VRGERE.

41



AD prædictũ habitũ ea lege te cõpones: dextrũ pedẽ anteponas, acinacẽ dextra leuatum sup capite cõtineas. Sin uero is pari modo eẽ ratione utitur, tu vicissim eodẽ pacto utere, verũ subito sinistro pede progressus uersus hostẽ, directẽ ictũ supnũ usurpando caput ipius ferito. Et si is pari modo fuerit usus, supno ictu tu, ipsius ictui obuiato, curabisq; ut eundẽ excipias acie puertẽdo longa, inde igressus ad hostẽ sinistro hoc modo, ut idẽ pes iuxta hostis pedẽ itidẽ sinistrũ inferne cõsistat, post mutato acinace, ita ut mucro tui acinacis in latus aduersarij dextrũ uergat, uerũ celeriter sinistra manu medio acinace correpto, collũ aduersarij ea ratioe urgeas, acie autẽ loga id fiat antrorsum, inde totis uiribus hostẽ retrorsũ agas acinace urgẽdo, iferne uero si in poplitẽ ipius, pedẽ tuũ iniecerís, prosternere hostẽ poteris attrahẽdo. Sed si tu pari ratione ab hoste intercluſus supnè et infernè fueris, tũ sinistrã tuã manũ, dextræ hostis subijce, & sursũ agas firmiter eã, inde si quã celerrimè uisu ipius pungere fueris molitus, te dimittere cogetur, nec no auertere tuã punctione, atq; ea ratione te securũ tutũq; reddes.

ICTVS: SVPERNVS CONTRA HOSTIS CAPVT. VNDE CAPTIVANDI BRACHII HABITVS FORMATVR.



In hac pugna ſiniſtrũ pedẽ præponas, acinacẽ dextra teneas, brachio ſurſũ extento in forma ictus ſuperi ita, ut acies longa premittatur, ide dextro pede ingreſsus contra aduerſariũ, directè caput eius acie longa premiſsa pulſato. Verum ſi is idem contra te uſurparit dextrũ pedem preponentẽ, tum uel obuiã ferias, uel mucrone in uiſum ipius impellito ea ratione, ut ictũ hoſtilẽ acie breui auertas, Sed ex eo ipõ habitu curabis, ingreſſus ad hoſtẽ ſiniſtro pede, brachiũq; tuũ hoſtili brachio dextro interne ſuperinijcias retro ipius acinacẽ, ſubijciasq; brachiũ, ſimulataq; acinace ipius alæ tuæ ſiniſtræ firmiter tenendo. Sin aut pari ratione te adprehenderit aduerſarius, tũ dextrũ pedẽ interne ultra ipius lœuũ colloces, nec nõ ſubito inuerſum brachiũ ſiniſtrorſum collo eius circũijcias, inde correpto eius pectore, ſuperne ipm per pedem in latus ſiniſtrũ tuũ protrahas, id ſi rite confeceris, hoſtis concidet, nec quicquam conari uel moliri poterit.

ADVERSARII PROSTERNENDI EFFIGIES PER ACIEM.



CVM in hoc habitu dextrũ pedẽ ꝓposuisti, i ipo ictu supero ingressus siniſtro, ictũ, qui dicitur erraticus, contra caput ferias, sed subito eo dempto mucrone uisui ipsius impellas. Si uero aduersarius idẽ pari ratione moliatur, mucroneq; uisui impegerit te in libra consistente, siniſtrũq; ꝓponere, nec nõ acinace supra caput leuatũ contineas brachio porrecto, mucro contra hostẽ uergat, acies longa supior adparreat, hæc si ritè constet, in siniſtrũ hostilis uisus latus mucronẽ impellito pariter cũ ipo hoste, atq; ea ratione ipius uim i dextrũ latus tuũ auertito. Inde i libra progressus siniſtro pede, eundẽ ultra ipius siniſtrũ colloces i tui defensione acinacẽ cõtines ita, ut longa acies supior sit, post manu siniſtra, siniſtrũ pedẽ hostis pfixũ corripias, celeriter eundem subleues, atq; ab inferne sursum regendo ictum, brachiũ parte acinacis anteriori saucies acie longa usurpãdo, nec nõ inde acinacẽ in tui defensione pro facie tua cõtineas brachiũ ipsius contingentem, ea itaq; ratione aduersariũ prosternere poteris. Verũ si is pari modo inferne supneq; te corripuerit prosternendũ, tu lœua manu brachiũ ipius iuxta iunctũram anteriore interne comprehendito, eo modo si pro uiribus uersũ te adtraxeris, unà tecũ ipsum ruere oportet, uel te missũ facere cogetur.

ALIVS HABITVS PRECEDĒTIS MODI.



IN hoc congreſsu cū utrīq; habitibus uris uſi eſtis, et ſiniſtros pedes uros pre-
poſuiſtis, tuq; porrecto brachio acinacē cōtines, ita ut lōga acies ſupne cōſiſtat, tu
mucronē de latere tuo ſiniſtro i uiſū hoſtis cōycias, verū inde acinace paululum
demiſſo, manū tuā ea ratioe cōuertas, ut acies breuis ſupior ſit, pōſt gemino ictu
caput ferias hoſtis. Sed ſi aduerſarius mucronē acinacis ſui in tuū uiſū cōcuſſerit,
te i libra conſiſtēte, atq; manū dextrā, qua acinacē cōtines pectori tuo admouueris,
mucrone ſurſū conuerſo, tu hoſtili punctioi acie tui acinacis lōga obycito, nec nō
eāde uim hoſtilē ea ratioe auertito i latus tuū dextrū: et ſi is gemino ictu caput fe-
rire conetur, celeriter i tui deſēſioe acinace cōſtituto eo modo, ut lōga acies ſupior
ſit, mucronē uiſui ipius ipingas. Inde celerrimē demiſſo acinace, ſiniſtra manu
ſiniſtrū aduerſarij itidē pedē ppoſitū corripito, atq; ſurſū alleues, ſin uero interea
caput ferire tuū conetur, tu ex tui deſēſione ab iferne hoſti obuiabis, nec nō ictū ho-
ſtilē in latus ſiniſtrū tuū reijcias, et eodē conatu acie acinacis tui lōga brachio ipius
dextro iferne adplicato iuxta manū, inde ſupne cū tui deſēſioe abs te repellas, iferne
uero ſurſū alleues, et ea ratioe cōcidet aduerſarius. Sin tu ab hoſte pari modo fueris
correptus, tu quantū celerrimē poteris leua manu iterne manū ipius dextra adpiēde,
et ſupprimēdo uerſū te ea ſi attraxeris, unà tecū corruet, atq; eo pacto uetabis, ne brachio
tuo acinace applicet ſuū, etiā i ipo proſternēdi actu caput aduerſarij ſauciare licebit.

INDEX TITVLORVM,

quo ordine habitus Acinacis' hoc est, ensis brevioris continentur.

A

Arcus ex latere vtroq;. FOLIO. 3.

Auersiones duę ex latere vtroq;. folio. 4.

Auersionis forma contra Incisionem. 23.

B

Bos contra Arcum. folio. 37.

Brachij infrinoendi ratio. folio. 21.

C

Castra, seu habitus duo, vnde Ictus Cruciati formatur. 8.

Circumuertendi aduersarij habitus ex duplici ictu superno. 17.

Cogendi habitus in custodia Cancellata, quo aduersarius cogitur ictu tuum excipere. 5.

Collo apponendi acinacis ratio, et hostem vrgendi. Fol: 41.

Coronę habitu contra Impulsus, seu acinacis Iniectio. Folio. 12.

Cruciati Ictus ex duobus Castris seu habitibus formatur. Fo: 8.

Custodia diurna, et arcus vnde habitus formatur, quo aduersarius prosterni potest. 28.

E

Extorquendi acinacis aduersario habitus, quo simul hostis potest prosterni. folio. 29.

Extorquendi acinacis ratio, addito habitu brachij infrinoendi. Fol: 32.

G

Geminus Ictus contra Intorsionem. 22.

I

Impositio cum Incisione contra forma Corone. 40.

Incisio addito simul habitu vellendi. fol: 10.

Incisiones supernę duæ. folio. 11.

Incisio Infera cum ictu Transuersario. 14.

Incisio superna addita simul Auersione. 15.

Incisio addito habitu, ex quo acinacem aduersario licebit extorquere. Fol: 27.

Inferus Ictus de vtroq; latere. folio. 2.

Iniectio acinacis contra habitu Corone. 12.

Ire Ictus contra lonoum Mucronem. 36.

Ire Ictus contra eu Ictu, quo vertex adpetit. 1.

Irehabitus et Ictus contra Incisione superna. 16.

Irruptio duplex, vnde habitus prosternedi hostis formatur. Fol: 33.

Irruptio duplex, ex quo Mucronis habitus formantur. Fol: 34.

Irruptiones duę, quibus formatur ratio hostis prosternendi. Fol: 39.

M

Mucro falsus, seu captiosus contra Mutatoriu, quem retro pede longius porrexeris. 25.

Munimentu, quod in terras longe distantes prospiciendum admonet. folio. 39.

Mutatio acinacis Inferna cum Ictu fortuito. 7.

P

Propugnaculu contra Ictu Mutatoriu. 20.

Prosternendi aduersarij effigies pacinacem. 43.

Prosternendi alius modus. Folio. 44.

Prosternendi ex hamo habitus. folio. 19.

S

Sentiendi habitus. Fol: 9.

Seuerus ictus contra ictum supernum. 35.

Solis demonstrandi aduersario habitus conuertendo. Fol: 24.

Sumi contactus duo ex acinace. folio. 6.

Supernus ictus contra hostis caput, vnde captiuandi brachij habitus formatur. 42.

T

Transitionis forma cum ictu conuerso contra habitum dimidiæ Coronæ. 38.

Transuersarij ictus forma ex vtroq; latere. 26.

Transuersarius contra ictum curuum. 18.

V

Vertex quo appetitur ictus addita acinacis auersione. Fol: 13.

Vertex quo pulsari potest. ictus contra Arcum. 31.

VERISSIMA ET ARTIFICIOSISSIMA EXERCĒDI ATHLETICĀ PER ACINACĒ, HOC EST ENSEM BREVIOREM, DESCRIPTIO.

QVICVNQVE ATHLETICĀ PRĘCIPVE habitus Acinacis addiscere cupiunt, atq; alios arte excellere, ijs prima cura sit, ut eam artificiosissimè percipiāt, strenuèq; rebus seriis, uel ludicris exerceāt. Cęteri, qui eos habitus qui mox subsequenter discribentur, addidicerint, necnon excellenter exercere nouerint, palmam procul dubio, et victoriam alijs, tum etiam gloriam pręripient, stabuntq; in conspectu regum, et principum victoriam obtinentes. Insuper etiam digniori premio honorentur, quam ij, qui imperiti eius artis, ostentationis gratia potius, quam uera arte instituti in theatris spectari uolūt. Multi ensis longioris Magistri, qui ob id laurcam acceperunt, reperiuntur prorsus habituū Acinacis imperiti. Qui autē sese huic arti dediderint, eiusdem curam diligentem habentes, ij gladiatores artificiosē decipere poterunt, atq; adèo intercludere, ut citra periculum effugere nequeant, inde etiā fiet, ut eos ferire, prosternere atq; captiuos tenere licebit.

FERIVNDVM POTIVS

esse quam excipiendum.

QVVM ad hostem prope concesseris, non cessabis, sed rite Acinacem exerceas more Athletico, longe minus ipsius ictum expectabis: Nam ij Athletę, qui excipere aduersarium malint quam ferire, plerunq; ita circumueniuntur ut nullos artis ueros habitus exercere possint atq; verberari sit necesse.

DE CREBRIS ICTIBVS

ratione prẽcueniendi, tú quid ſit quod dicitur ſequi Ictum aduerſarij.

HOC *loco fundamenta totius artis Acinacis deſcribunt, nam inprimis obſeruandum tibi erit, ut aduerſarium feriundo prẽcenias, id ſi minus fieri poterit, utêris habitibꝰ qui mox ſubſequentur. Item, utra pars Acinacis firmior dicatur, it infirmior, iſqꝫ qua ratione ſit utendum.*

CREBROS *Ictus ſi uſurparis, quod prẽcipuũ eſt, nunq̃ decipieris, ueru̇ potius in conſpectu regum et principũ non raro Victoriã obtinebis.*

QVID DICATVR P̃VENIRE.

ID *nihil aliud eſt, quam ut prior feriundo ſis aduerſario, ut is cogatur ictus tuos excipere. inde ſi porrò laboraueris quoſcunq̃ habitus exercẽs, hoſtis ea ratione prẽuẽtus eſt.*

SEQVI QVID SIT.

CVM *aduerſarius te p̃uenerit, tuq̃ ipſius Ictũ ſegris, eumq̃ repellere coegeris, ſequi dicit̃. Si igitur nauiter atq̃ ſtudioſe cõ ipſũ laboraris Acinace, hoſtẽ facile ſupare poteris.*

DE PARTIBVS ACINACIS
firmiori et infirmiori.

.2.

PARS *à capulo Acinacis ad mediũ usq; firma dicitur. à medio autẽ ad mucronem infirmior, quo autem modo ijs partibus sit utendũ, posthac describetur.*

QVOD ALTERA TANTVM
manu sit digladiandum.

ALTERA *manu Acinacẽ tenebis, atq; alteram dorso appones. Si autem exercebis habitus injciendę manus, et intercludendi brachij hostilis, tũ alterã pectori admoueto.*

DE APPELLATIONIBVS IC"
tuum, quorum sex numerantur.

1. ICTVS *qui appellationem ex ira sortitus est.*
2. *Ictus, qui ab excitando nomen retinet.*
3. *Fortuitus.*
4. *Ictus seuerus.*
5. *Ictus qui à cogendo germanis dicitur.*
6. *Ictus qui à iuuendo dicitur.*

NVNC SEQVVNTVR PRIN"

paliores habitus Acinacis, quorum xvii. sunt.

1. QVATVOR Castra.
2. Exceptiones.
3. Instando urgendi hostis rationes.
4. Superiniectio Acinacis.
5. Remotiones.
6. Transmutatio, uel transmissio Acinacis.
7. Retractio.
8. Transcursus.
9. Abscisio
10. Ratio comprimendi manus hostiles.
11. Inclinatio.
12. Forma utrãq; Acinacis aciẽ usurpandi.
13. Transitio.
14. Arcus.
15. Extorquendi Acinacem habitus.
16. Dependentis Acinacis ratio.
17. Intorsiones.

DESCRIPTIO ICTVS EIVS,

qui ex Ira appellationem habet, additis eius habitibus.

EVM Ictum hac ratione formabis, Si aduersarius caput tuum supernè de latere dextro adpetat, tum etiam tu uicissim eundum Ictũ exercens pariter cũ hoste ferias ex latere itidem dextro citra tui defensionem, atq; inde mucronem Acinacis tui in faciẽ eius

uel pectus dirigas, pòst deflectas contra hostis Acinacem ea conditione, ut Acinacis tui acies longa sit superna, breuis uero inferna. Verũ si is mucronẽ contra se directũ obseruauerit, tunc rursũ in latus aduersarij sinistrũ deflectas, mucrone contra uisũ eius cõuerso, ita tamẽ ut longa Acinacis acies semper supernè adparcat. at si rursus id quoq; obseruarit hostis, tũ Acinace tuo iuxta ipsius Acinacẽ leuato, pòst leuiter remoto, alterum capitis latus ferito.

DE DVPLATIONIBVS.

IN habitu prędicto poteris duplationem exercere, tũ etiam si quis contra te usus fuerit postremo articulo habitus precedentis, tu dorsũ Acinacis tui, ipsius dorso nonnihil adplices, atq; inde nuditatem supernã si adpetieris, caput hostis transuerberabis.

RATIO EV̄ HABITV̄ VITĀDI.

SEORSIM ex Ictu aduersarij concedas, atq; uersus dextrã nuditatem labores, exercendo ictũ, uel punctionis rationem in discessu.

OBSERVATIO. VNDE SĒTIRE

licet in conflictu, num ensem firmiter uel minus aduersarius contineat.

IN prima Acinaciũ coruſcatione obſeruabis, nũ fortiter reſiſtat uel non, idq; quãpri-
mum ſenſeris, tũ ex crebris ictibus, quem habitum Germani militiã dicũt, contra eius
nuditatem proximam pugnabis.

EXPOSITIO MILITIÆ, ET
declaratio.

QVID ex crebris ictibus id eſt militia exercendũ ſit, contra quatuor pinnas, id
eſt contra quatuor nuditates iam intelliges, quatuor intorſiones militia dicuntur, atq;
habitus ex mucrone formati contra nuditates quatuor.

MILITIAM hoc modo uſurpes: ſi pariter cum aduerſario ictum ex Ira ap-
pellatum exerceas, iſq; cum exceperit, tu ſublato brachio, mucronem ab ipſius Acinace
ſupernè contra uiſum inijcias ex latere ipſius ſiniſtro. Verum ſi eum impetum remo-
uerit, tum appetas pinnas inferiores lateris dextri, et mucronem applices, at ſi ad-
uerſarius parata ſui defenſione Acinacem tuum ſubſequatur, ſubito alteram pinnam
infernam lateris ſiniſtri pungas. Sin autem rurſus id obſeruarit, tum quatuor pin-
nas ſi pupugeris mucrone uiſum ex latere eius dextro fodias. Quare ſi militiam ex-
ercere uoles, prudenter circumſpiciendum erit, ut brachium quotieſcunq; opus erit, le-
uatum pro capite habeas, mucrone in quatuor pinnas deorſum conuerſo. Militiã ioit
ſi rite et prudenter exercueris, eiusq; habitus, qui inde formantur, aduerſariũ ſupernè
nec non infernè infirmabis.

DECLARATIO QVA:

tuor Primarum,

QVVM ad hostem processeris acimace rite regendo, aduersarij Acimacem Nequaquam ferire conaberis, Verum quatuor pimas diligentissime rimaberis,


PRIMÆ DVÆ PINNÆ.

PRIMA est Latus hostis dextrum supra cingulum, altera sinistrum latus,

ALTERÆ DVÆ. SCILICET

Inferiores,

LATVS dextrum & sinistrum infra cingulum, inferiores duæ primæ dicunt: Earum in conflictu semper aliquam obseruabis, nulla habita cura, quos contra te habit, aduersarius exerceat, atq; constitutam animo acriter ferias, Si autem is impetum repellat, subito aliam adpetito, quamcunq; tuto elegeris, itaq; aduersarium saucies, non Acinacem eius,



DE EXERCITIO DV:
plationis et mutationis,


SI quis animose versus te feriat & tu vindicare te volueris pinnasq; tueri quantu poteris Conaris artificiose ita, Vt hostem sauciare cupias, Duplatione contra ipsius acmacis partem firmiorem, cuius supra facta est mentio, vtitor, mutatione contra infirmiorem, hac ratione si fueris usus, Liberare se aduersarius nequibit, quin saucius abs te recedat Du: plationem hoc pacto exercebis Si is supernè contra te feriat de humero suo dextro, Tu vicis: sim pariter cum ipso supernè ferias de humero itidem dextro, Sin eueniat, vt is ictum exci: piat parte acimacis firmiori Conuerso capulo sub brachium dextrum, subitoq; leuato brachio caput eius ferias acie longa, secundum acimacem ipsius strictum,

DE VSV MVTATIONIS.

HVNC habitum eo modo exerceas, Si acriter de humero dextro contra hostem ferias supernè et is eum impetum excipiat, infirmiterq; acimacem contineat, tum eius acinaci tuu. ad: plices in latus tuum læuum, inde brachio leuato, mucronem tuum supernè super hostis acinacc iniicere memineris, atq; ea conditione alteram pinnam pungas,

VSVS ICTVS EIVS QVI
ab excitando appellationem sumpsit.

ICtus inter exceptiones contra quatuor castra numeratur. Nam eo ipso ictu, habitus tauri Apri, & ictus inferiores remouentur.



EVM itaq; habitum hac ratione exerceas Si m aduersarij conspectum proceſseris, et is contra te conſtiterit, acinacem pro capite m custodia saurj de latere ſmiſtro continens, tu ſmiſtrum præponas atq; acinacem ex humero dextro vel m custodia cancellata iuxta pedem dextrum contineas, dextro pede m latus tuum itidem dextrum prosilias, inde ſi ipſius acinacem percusseris acie longa, mucronem m faciem hoſtis contorqueas,

DE CVSTODIA CANcellata.

EXEA custodia multi habitus formari posunt, Præcipue autem eum qui appellationem habet ab excitando, et modo depictus est, Vtrinq; exerceas, In eam vero custodiam cancellatam ſcilicet, ita te componas, Cum ad hoſtem acinace athletice gubernando acceſseris, ſmiſtrum præfigas pedem acinacem m latere dextro contineas mucrone humo inclinato, ita vt acies breuis ſuperne consiſtat, hinc nudum latus ſmiſtrum hoſti exhibebis, Verum ſi is nuditatem appetat lateris ſmiſtri, dextro pede ex ictu prosilias m latus tuum itidem dextrum, atq; capulum acinacis tui ſub brachium conuertas, Poſt ſi Acinacem hoſtis acie breui concuſſeris iuxta manum ipſius, eandem aciem capiti eius adplices, nec non contra proximam nuditatem labores

ALIVS CVSTODIÆ

Cancellatæ habitus,

DE latere læuo in cůſtodiam prædictam hoc modo te adaptes, Cum ad hoſtem proceſseris, pedem dextrum præponas, acinacem ex latere ſiniſtro mucrone deorſum conuerſo teneas, vt acies breuis ſuperior ſit, atq; dextrum latus nudum hoſtj prębeas, & ſi contingat, vt aduerſarius idem feriendo appetat, Tum ſiniſtro pede in latus ſiniſtrum ictu vitabundus concedas, inde ſi acinacem ipſius concuſſeris iuxta manum acie breui, inde acie longam ſupra eius caput torqueas, vel viſum, vt paulo ſupra commemoratum eſt, pungas,

ALIVS habitus in cuſtodia tauri, Id ſi cupias refrigere hac ratione te accommodes, Si contra hoſtem procedas, et is in commemoratis iam cuſtodijs conſiſtat, te autem in cuſtodia cancellata conſiſtente, tunc quaſi eum ictum qui ab excitando dicitur, exercere volueris, verſus ſiniſtrum aduerſarij latus ſimulato, ſed eum non perficias, verum tranſmutato verſus primam alteram, quę tibi proxima eſſe videbitur, atq; viſum ex latere dextro hoſtis fodias, vel ſi mauis in ipſo tranſmutationis actu acie breui, ipſius acinacem ſi excuſſeris in latus eius dextrum mucrone ſuper eius acinace porrecto ex latere ſiniſtro, Inde acie longa præmiſſa caput hoſtis tranſuerberes,

ALIVS HABITVS IN CVSTODIA TAVRI, vel eius quæ nobis dicitur alta cuſtodia, vnde longe proſpicitur,

QVVM aduerſarius contra te feriat ex prædicta modo cuſtodia, tu ex cancellata cuſtodia lateris ſiniſtri aciem breuem ipſius acinaci adplices feriendo, Inde leuato ſurſum brachio, tranſmutes, atq; eius viſum vel pectus lateris ſiniſtri adpetas,

RATIO ATHLETAS INFIR:
mandi & decipiendi.

HOC ita percipias, Cũm contra hoſtem conceſseris acinace rite gũbernando, in Cũſtodiam cancellatam te componas, vel acinacem dextro hũmero imponas & ſi aduerſarius ſũpernè nũditatem appetat, Viciſsim et tũ pariter acerrime ferias ipſi' ictũi obũiam longa acie præmiſsa, Sed qũamprimũm acinaces vtrinq; coniũngũntur, Subito mũcrone in viſũm aduerſarij porrecto, pũngas ſupernam partem, vtrã adpetere potũeris,

ALIVS HABITVS CONTRA
eos, qũi more furioſorũm Bũbalorũm feriũnt,

SI qũis te ferire conetũr ictũ violento, capũt tranſũerberare molitus, Tũm acinacem in cũſtodia cancellata ſũpernè iũxta hũmerũm dextrũm contineas, vel iũxta genũ conũerſo contra faciem aduerſarij mũcrone, atq; in qualicũnq; ſtatũ conſtiteris, hoc habitũ vti poteris, Id ea ratione cognoſcas, Cũm verſũm te hoſtis feriat, tũ pariter cũm ipſo intra acinacem ipſiũs et aduerſariũm ipſũm acie tamen longa præmiſsa, Verũm qũamprimũm acinaces vtriq; fuerint coniũncti, tũm acinacem latus dextrũm tũũm circa capũt directo, Collũm ipſiũs ſaũcies, id ſi conari volũeris, Brachiũm ſiniſtrũm vel qũamũis aliam corporis partem qũaſsato,

ALIVS HABITVS CONTRA
eos qũi infirmi ſũnt in excipiendo.

EVM habitum hac ratione exerceas, Cum ic tu qui ab excitando dicitur, ipsius acimacem fortiter concusseris, & si aduersarius in primo conflictu infirmus fuerit repertus, tunc acinacem in latus ipsius dextrum torqueas, correpto collo, Inde manu sinistra, dextræ opituleris iuxta collisionem, atq; si paululum hostem suppressseris acimace, sinistra rursus remota pro viribus dextra tum acimacem contineto, Sin autem is præuerterit acimacis sui partem firmiorem, tum subito Caput eius vel collum rursus ictu vulneres, Id si rursum vsurparit: i: partem acimacis firmiorem præuertat, Tu contra alteras duas pinnas vtens infirmiori acinacis parte concertato, Id etiam obseruabis, ne aduersarium diutius altera tantum manu acimacem tenens iuxta collum retineas, Ea propter curabis, vt quamprimum contra collum aduersarij labores, Celerrime visum insuper pungas, vel idem quod sup. comemoratum est, exerceas, Namq; cum acimacem collo ipsius adplices, non ea opinione fit, vt eum diutius retineas, Sed vt eum decipias, quo habitus quoscunq; volueris, exercere possis,

ICTVS FORTVITI
vsus & varij habitus eius,

EVM habitum hac conditione exercebis, Cum quis in habitu aggeris contra te consistat, & tu in conspectum ipsius perueneris, sinistrum pedem præponito, atq; sublato brachio in custodia sublata acimace contineas, Inde vero ex ea constitutione dextro pede ad eum prosilias atq; acie longa præmissa contra hostem ferias supernè, brachium ex alto subsistat, Verum mucro in visum vel pectus aduersarij dimittatur.

TRANSMVTATIONIS
Effigies in habitū prædicto,

.7.

ISTHAC *forma hac ratione vtitor, Si aduersarius in sublata custodia consistat, tum versus ipsius acinacem ferias, Sin is cupiuerit impetum tuum excipere, Subito mucronem demittas deorsum, inde si transmutaris, Visum eius ex dextro latere brachio porrecto pungas, post quoscunq; habitus volucris, eligas,*

ICTVS SEVERI
vsus & eius habitus,

IS *ictus auertit custodiam sublatam pariter cunctos ictus qui ex alto formantur deorsum, Eum igitur hoc modo exercere discas, Cum ad hostem progressus fueris, & is acinacem sustulerit supra caput brachio leuato in custodiam, te expectans, si tu prope ad eum conceseris, pedem sinistrum præponere memineris, acinacem deorsum tenens, ita vt eius latitudo dextrum latus respiciat tuum, atq; is si propius accesserit, tibi verbera minans, Tum sinistro pede in latus dextrum tuum prosilias, Verum in ipso saltu Capulum acinacis tui pro facie tua constituas pollice subsistente, Inde feriundo supernam pinnam lateris hostilis sinistram quassato,*

HOC ITEM HABI //
tu vteris Acinacis firmiori,

SI vſurpare voles ictum ſeuerum, præuertes partem acmacis firmiorem. Sin autem aduerſarius impetum exceperit, tum parte eius firmiori aduerſa: rij mfirmiorem continuas, & ea conditione firmiori parte, hoſtis mfirmio: rem deprehendas. Inde autem tranſmutabis verſus alteram ipſius pinnam ſupernè contra collum, Si vero nihil ex hac parte poteris efficere, duplatio: nibus vtitor retro ipſius acmacem, atq; inde caput ipſius verberes, Verum ſi aduerſarius fortius impetum exceperit vt eos habitus vſurpare nequeas, Cruce vel munitionis clauo ipſius acmacem repellito, atq; poſt ictu ſeuero alteram pinnam quaſſato.

ADHORTATIO VT
diligenter pinnas obſerues,

HIC doceris quatuor pinnas vel nuditates maximè obſeruandas eſse, Id ſi feceris, certius aduerſarium ferire poteris, tum etiam noli vt ante ab alijs eras inſtructus verſus eius acmacem ferire, Cum quis ad te proceſſerit, atq; in Cuſtodia ſublata contra te conſiſtat, tu pede dextro in latus hoſtis iti: dem dextrum proſilias, et ſupernæ pinnæ ictum ſeuerum infligas, Impetum iſtum aduerſario excipiente, tunc rurſus, ſed id quantu fieri poteſt facias, in: ferna pinnam lateris dextri concutias, cum iſaq; ictum ex altera in alteram pinnam exerceto, & ſi cupias vt omnes tui conatus felicius exeant vnuquiq;

ic tum ſeuerum contra pinnas ſupernas ferito. Sm autem id quoq; repellat hoſtis, tu rurſus ſupernam pinnam dextri lateris ferias. Tum etiam in vno quouis ſeuero in latus alterum ſemper proſilias, et ſi brachium nonnihil in latus detorſeris, certius aduerſarium adprehendes, Caputq; ipſius vulnera: re poteris. Inde autem obſeruandum erit, vt defenſionem tuam quod Ger: manj clipeum appellant pro capite tuo conſtituas,


FORMATVR EX

ictu iam commemorato erraticus qui decipere athletas ſolet, atq; pinnas rimari,

Hoc Ictu maxime gladiatores ſeducuntur, precipue vero ij, qui nihil ali: ud curant, niſi vt Impetus aduerſariorum excipiant, nec non acinacem eorum fe: rire ſolent potius quam aduerſarij corpus,

VSVS ERRATICI

ictus & forma vel deſcriptio.



EVM habitum hac conditione exerceas, quasi percussurus aduersarij pinnam supernam lateris sinistri ictu seuero simulato, Verum in ipso ict' actu, si prope ipsius acinacem sis, Confestim ictu mutato altera pinnam dextri scilicet lateris versus caput eius conquassabis,

ERRATICVS GEMI:

nus adhibita incisione,

EAM formam ita percipias, Acinacem in latere dextro contineas mu: crone humum respiciente, pollex etiam acinaci subsit, aduersarius autem in custodia sublata consistat, Tu autem cognoueris eum facile esse decipien: dum, exceptionesq; maxime sequentem, Corpore erecto, mucronem versus ter: ram propendere facito, & Acinacem supra humerum ipsius aduersarij dex: trum dirigas inferne per medium collum tuum, ita vt Mucro respiciat retrorsu. Capulus autem contra hostem sit porrectus, Tum quasi vulneraturus latus si: nistrum ipsius simulato, Verum subito ictu seuero brachiu eius dextru saucies,

PLVRA DE ERRATICO.

IN eũm habitũm ita te componas, Simistrũm pedem præponito, vt antea, & acimacem pro Corpore tuo rexeris, pedem tuũm dextrũm coniunge aduersarij simis: tro, atq; te componito, quasi sis concussurus latus eius dextrum. Tum partem corporis tui superioris, versus latus simistrum hostis proclines. Inde simistrum pedem hostis simis: tro imponas, atq; ictum seucrum brachio cius dextro infligas. Post Acimace eleuato rur: sus simulato, tanq; velis simistrum eius latus sauciare, adhibito nomihil corpore tuo iuxta aduersarij latus simistrum, rursus dextrum pedem dextro itidem hostis pedi postponito, atq; ex duplationis habitu dextrum latus verberes, nec non breui acie retro ipsius acimacem, faciem eius saucies. Post iterum nonnihil procedas sublato statim acimace, vt antea, simis: trum pedem aduersarij dextro si postposueris, Ceruices ipsius quassato. Inde si rursum sustuleris acimacem, et paululum processeris seorsim, Ventrem vulnerato, atq; is habitus Germanis dicitur, non erraticus, sed is qui corpus aduersarij contingat. Deinde autem rursus si recesseris, denuo Ceruices saucies. Sed eos habitus si nolueris exercere, os ex habitu duplationis proscindito, at si is recedere cupiat, proximam nuditatem, quã pspexeris, pscidas.

SEQVITVR NVNC DE: scriptio ictus et q Germanis á cogẽdo dicitur adhibitis eiusdem habitibus,

EVM Ictum hoc modo exerceas, Si acimace rite regendo, in conspectum aduersarij processeris, pedem simistrum præfigas, acimacem ita contineas vt mucro deorsum terræ.

proclinatus sit pollice subsistente, at si aduersarius é supernè contra te feriat caput adpetens acimace conuerso, Ictui ipsius obuiam ferias brachio porrecto versus visum hostis, Si autem astutia atq; Ingenij industria vsus concidat atq; infernè transmiserit, Tunc remaneat mucro acimacis tui longus brachio porrecto in ipsius conspectu, & inde continget, vt is prorsus nihil possit efficere, nec vlla ex parte te lædere, nec infernè transire poterit, quod si fuerit conatus, eius Impetu refringere ictu qui á cogendo dicitur, quibis tu etiam id si quispiam ex habitu Verris vel Apri pungere te moliatur, Hoc igitur exercere vtrinq; licebit,

ICTVS QVI NOBIS

ab Inuendo sic appellatur adhibitis eius habitibus,

SI rite hoc ictus genere vti volueris, hac conditione te accommodes erit necesse. Smistrum pedem præfigas, atq; Acinacem in dextro humero contineas, At si aduersarius in sublata custodia, vnde late regiones prospiciuntur, Sic enim Germanj eam custodiam nominare solemus, constiterit, tum de humero dextro brachio cancellato ferias ex acie longa, Verum in ipso actu contra ipsius acimacem torqueas, atq; acie breui Caput aduersarij vulneres. Inde autem acimacem demittas pro Corpore tuo, & subito transmutes in lat⁹ smistru tuum mucrone demisso, post caput ipsius de latere smistro acie breui præmissa saucies,

ALIVS PRÆCEDĒTIS
Habitus,

IN Latus ſiniſtrum acinacem ponas, mucrone deorſum conuerſo, Pollex aute acinaci ſuperimpoſitus, atq; in cuſtodia cancellata pronus vel erectus conſiſtas, Ita tamen vt pes dexter ſit præpoſitus, Sed ſi aduerſarius in ſublata cuſtodia conſiſtat, Tum verſus latus ipſius dextrum ferias, præmiſſa acie breui, Inde acinacem tranſigas mucrone demiſſo, Poſt ſi direxeris acinacem in latus eius ſiniſtrum, vtrinq; habitum prædictum, et quidem geminum vſurpaſti, Sin autem non volueris ex dextro latere, acinacem demiſſum contineas atq; verſus latus tuum ſiniſtrum acinacem torqueas acie breui ſubſiſtente, inde viſum ipſius pungas,

RATIO SAVCIANDI
acie longa, latus aduerſarij ſiniſtrum ex prænominato ictu,

IDeca ratione percipito, Si aduerſarius contra te in cuſtodia ſublata conſiſtat, Tum de humero dextro tuo recta ferias ſupernè ictum ſupernum acie longa præmiſſa verſus latus aduerſarij ſiniſtrum, Verum in ipſo actu, quandoqdē caput eius inde adpetitur, contra eius acinacem torqueas, Vt tamen acies breuis ſubſtet, atq; in ipſo plagæ actu mucronem demittas, Inde inferne tranſmittas acinacem in latus ſiniſtrum tuum, Poſt ſi hoſtem acie breui ſauciaris quic: quid in mentem venerit, vſurpato, & is habitus vtrinq; exerceri poteſt, Porro ſi ferias verſus latus ipſius dextrū acie longa præmiſſa caput appetendo, ad

te Acinacem torquẽbis. Deinde ſublato brachio viſũm hoſtis lateris dex:
tri pũngito, pòſt rurſũs in latus dextrũm ipſiũs torquẽas acinacem atq; rur:
ſũs viſũm aduerſarij fodias.

ALIVS HABITVS EIVS

Ictus qui appellationem ab Imuẽndo adeptus eſt

CONTRA quemuis ictum hoc habitu vti poteris, ſiue ictu curuo, vel alio quouis impetum hoſtis repellat tuum, tum etiam ſi quis eo ictu vel habitu artificioſe atq; in loco fuerit vſus, multos læſurus eſt athletas. Eum igit hoc modo exerceas, Cum aduerſarius curuẽ Impetum tuum excipiat, Tunc ictu ſuperno de latere dextro ipſiũs acinacem liberè contingito, ſed in ipſo ictu acinacem conuertas priusq; vtriq; coniungantur, Pòſt leuato brachio acie bre: ui Caput ipſius quaſſato, et eo ictu ſi hoſtem ſauciaueris, mucronem acinacis in latus ſiniſtrum tuum dirigas, guttur em vel pectus ipſius pũngito, Vel ſicut: ti inſtructus es, eo habitu vtitor, qui exceptio nobis dicitur.

DE QVATVOR CASTRIS,

HABITVS AGGERIS: CVSTO// DIA SVBLATA: TAVRVS: VER// RES VEL APER.

POSTQVAM illi ſex icˆtus acimacis adhibitis ipſorum habitibus ſunt deſcripti planè athleticè, atq; adeo declarati, Depingentur nunc ſubſequenter decem et ſeptem habitus principales, Primum autē quatuor caſtra deſcribentur ordine, ex quibus nos artificioſè et quidem athleticè poſſumus nos defendere,

AGGERIS CASTRVM.

PRIMA cuſtodia Agger Germanis adpellatur, in eam igitur hac ratione te componas. Pedem ſiniſtrum præfigas, Acimacem brachio porrecto ante te contineas, mucro terræ infixus, acies autem breuis ſupernè adpareat,

CVSTODIA SVBLATA.

SECVNDA cuſtodia ſublata dicitur, atq; ad eam hoc mo: do te accomodes neceſſe erit, pedem ſiniſtrum præponas, et acinacem ſupra caput eleuato brachio teneas, acies longa prior adpareat, atque ita conſiſtas in ea cuſtodia,

TAVRI CASTRVM.

TERCIA Cuſtodia ſeu caſtrum adpellatur Taurus, in eu ſub: ſequenti ratione te adaptes, Siniſtrum pedem præponito, in latere ſiniſ: tro acinacem teneto, capite tuo conſtituto, rurſumq; te acie breui conuer: ſa, atq; mucronem verſus viſum porrigas,

VERRES. VEL APER.

QVARTA Cuſtodia Verres nuncupatur, Eam igit hoc modo

.12.

vſurpato. Siniſtrum præfigas pedem, acinacem iuxta crus dextrum ex-
latere itidem dextro contineas, Capulus femori ſit adiunctus, acies bre-
uis ſuperior ſit, mucro autem ſurſum vergat contra aduerſarij viſum.
Eodem modo etiam ictus exercere poteris de latere ſiniſtro, atq; hunc
in modum te adaptes, Iuxta latus ſiniſtrum acinacem contineto deor-
ſum prope femur ſiniſtrum, Ita tamen vt acies longa ſuperior exiſtat,
mucrone conuerſo in viſum aduerſarij,

DE QVATVOR EX-
ceptionibus et earum habitibus,

His habitibus nequaquam contra cuſtodias vtitor,
Nam quatuor ictus ſubſequentes eas infringunt,

PRIMVS qui ab excitando appellationem habet, Cuſtodiam tau-
ri refrimgit,

SECVNDVS Ex ſeueritate vel grauitate adpellatur, Is
remouet cuſtodiam ſublatam,

TERTIVS, Qui à cogendo appellationem apud Germanos for:
titus est, Verrem repellit,

QVARTVS dicitur fortuitus atq; is Aggeris custodiam disru:
pit, qua autem ratione prædictos exercere te oporteat supra mstitutus es arti:
ficiosissimè, item qua ratione quatuor custodiæ in nihilum redigantur, admo:
nitus msuper es, vt crebras exceptiones deuites,

RATIO MVCRONIS
adponendi proximè ad quatuor pinnas quarum supra mētio
facta est,

RATIO adponendi mucronis habitus excellens est, qui quidem ad quatu:
or pinnas proximè accedunt, eam igitur exerceas quoties recedere ab hoste volu:
eris, Hoc autem modo vsurpes, In custodiam tauri vel Verris te accōmodes, &
si aduersarius ferire conetur, Consistas de latere ipsius dextro, tu præ:
uenire memineris, atq; mucronem longiorem versum nuditatem proxi:
mam lateris smistri propellas, et semper curabis, vt mucronē eum cōtinuas,

SED *ſi adũerſariũs de ſũpernè ex latere ſmiſtro feriat, tũnc eũm prẽuenias excipiendo, atq; mũcronem longiorem verſũs latũs ipſiũs dex: trũm torquẽas,*

AT *ſi ab inferne feriat de latere ſmiſtro, Tũm mũcronem longiorẽ contra infernam nũditatem lateris dextrj impellas, Verũm ſi id obſerũa: ũerit hoſtis, et exceperit, tũũs acimaces ipſiũs acimaci inhæreat, Sed quã: tũm poteris contra proximas nũditates concertabis,*

INSVPER *et hoc diligenter obſerũabis, quamprimũm ad inũicem eſtis congreſſi, et adũerſariũs correpto acimace ferire moliatũr: Tũ quamprimũm mũcrone vtitor atq; proximam nũditatem pũngito, Si autem acimacem remoũere nolit, obſerũabis id, vt quoties ictũm vſurparis celerri: mè etiam mũcronem exerceas. Itaq; ſi rite hoc habitũ vſus fũeris, haud ita tũtũm ſe adũerſariũs reddere quibit, quũm vũlneretũr,*

RATIO INSTANDI
vel hostem vrgendi.

ELIVS formæ multi et varij habitus sunt. ijs autem, qui exercere hos volent, magna prudentia opus est contra magistros Athleticæ, qui feriunt ictus porrectos, verum alias Athleticam non magnj facientes acimacis, etiam instandi habitus contra eos vsurpandi sunt, qui in aduersarij conspectu recedunt, vel longius feriunt, ita vt statim acimacem attollere nequeant,

PRÆCEDENS habitus etiam hoc modo exercetur, Si ad hostē perueneris, tunc in custodia sublata smistrum pedem præponas, atq; diligenter obserues, quos habitus aduersarius contra te exerceat, Si porrectim de humero dextro supernè feriat, tu expecta donec permiserit ictum tuum deorsum concidere, Pòst si prosiluëris pede dextro, nuditatem dextri lateris superne concutito priusq; acimacem is sustulerit,

INSTANDI RATIO
alia scilicet cùm aduersarius longius feriat, quàm vt celeriter acimacem tollat,

CVM aduersarius longius feriat, quam vt statim acimacem sursum tollere possit, tuq; ictum ipsius sequaris, is autem celeriter resurgat. & impetum excipiat, acie longa acinacem eius supprimas fortissimè. & si sustulerit, tunc smistrum pedem, hostis dextro si prosiliendo post: posueris, dextrum capitis hostilis latus quassato, atq; inde quoscunq; habitus volueris, exercebis,

CAVTELA. 14.

SEMPER autem obſeruabis in primis, num fortis vel infir-
mus in colliſione acinacis exiſtat, cuius rei antea mentio facta eſt,

ALIVS PRÆCEDĒTIS
Habitus,

SI Aduerſarius longius ictum direxerit, & tu ictum eius ſequaris feriundo, Si igitur eius acinacem de latere ipſius ſiniſtro contigeris, atq; aduerſarius ſubito ex remotione verſus latus tuum dextrum ictu ſeuerum exerceat, Tu viciſsim celerrimè ſub eius acinace anteriùs verſo ſiniſtrum ipſius latus acinacem tuum collo adplices, nec non inciſionis habitus vſurpato, vel Capulo eleuato, mucronem in viſum vel pectus aduerſarij demittas, Inde ſi retrorſum hoſtem egeris, quatuor pinnas adgreditor,

ALIA FORMA
vrgendi hoſtem,

SI te in cuſtodiam aggeris accomodaris, & aduerſarius in tuum acinacē

ſuo conciderit priuſq; tu acimacem ſuſtuleris. Tum acinaces tuus ſub ipſius remaneat, Verum inde paulatim tollas, at ſi is interim ferire conabitur, ſeu á tuo acimace intorquere, tu nolito permittere, vt eum re: moueat, Verum ſubſequitor acinaci ipſius inhæreas atq; proximam nuditatem adpetito,

ALIA FORMA.

IN cuſtodiam Aggeris te componas, ſiniſtrum pedem præfigas, Inde ſi aduerſarius de latere dextro ferire moliatur, tu ex ipſius ictu acimacē remoueas in latus ipſius dextrum, atq; porrecto brachio ſuper ipſius acimacem pungas, id ſi hoſtis repulerit, tum ſublato brachio celeriter atq; mucronem in eius viſum torqueas totis viribus,

RATIO VRGĒDI
Hoſtem vtrinq;

VTRINQVE his habitibus vrgendi ſcilicet hoſtem vti

poteris, & ea ratione te accomodes, Si aduersarius longius feriat, siue id delatere dextro siue sinistro fiat, tunc animose nuditatem ipsius ferias, at si sustulerit acinacem, et inferne tuum contigerit, in ipsa acinacium coruscatione diligenter obserues, acinacis tui aciem longam brachio eius superimponas, atq; supprimas ea ratione, vel si mauis faciem eius proscindito,

SVPERINIECTIO
Acinacis,

EVM habitum hoc modo exerceto Si in conspectum aduersarij fueris progressus, & is inferne contra te feriat, impetum ipsius excipere nolito, Verum diligenter obseruato, quo pacto inferus ictus eius contra te procedat, et tum primum de humero dextro tuo porrectim .1. acie longa ferias præmissa, inde celeriter mucronem in visum ipsius inijcias. ex acie longa, eumq; apponas, ea ratione si fueris vsus, Contingere te aduersarius nulla ex parte quibit, Verum ab inferne si is acinacem sustulerit impetum tuum excipiens, tum acies acinacis tui longa remaneat super ipsius acinace, Inde autem celeriter sublato brachio, mucronem contra faciem torqueas,

SVPERINIECTIO
Acinacis ex ictu seuero,

HVNC habitum ita usurpabis. Cum aduersarius sese in custo„
diam sublatam accomodauerit, tu in latere dextro acinacem continens sini„
strum pedem prefigens, inde quamproximè ad latus aduersarij sinistru
accedas scutum exercens, post capulo acinacis tui super ipsius acinace
infernè traiecto in latus ipsius dextru, retracto acinace sursum, si inde Ca„
pulum sustuleris, sinistra manu armata faciem ipsius fodito, vel quantu
poteris plagam, que à tonitru appellationem habet, capiti hostis infli„
oito, vel partem infirmiorē acinacis contra infernam pinnam dirioito.

RATIO ACINACEM
Collo apponendi, atq; per pedem prosternendi.

AD hostem procedas vt ante, de latere dextro tuo, versus ipsius sini„
strum, et inde fortissimè capulum super hostis acinace trayecito, post si
manu sinistra in auxilium dextræ, partem acinacis tui infirmiorem
prope mucronem corripueris, collo ipsius ex latere sinistro applices, atq; Cu„
bito firmiter collo eum adprimas, deinde vero dextrum Crus, ipsius itidem
dextro supponas, atq; ea ratione aduersarium prosternas.

NVNC SEQVVNTVR
habitus, quibus precedentes forma infringuntur.

PRIMVS.

PRIMVM habitum hoc modo exercceas, si aduersarius Capulũ
ſuper tuo acinace traiecerit, atq; manu armata mucronem breuem in
faciem torquere conabitur, cum ſuſtulerit acinacem ſuper acinacem tuum
conuerſa in eum acie, manum acie longa hostis proſcindas, verſumq; la-
tus ipſius fortiter ſupprimas ſiniſtrum.

SECVNDVS.

ITEM ſi rurſum Capulũ acinacis traiecerit, atq; mucronem in facie
conetur torquere, tu acinacem tuum verſus aduerſarij latus ſiniſtrum flectas,
vt acies longa ſuperne exiſtat, inde mucronem in pectus demittas, uerum
in ipſa punctione retrorſum ppellas.

TERTIVS.

QVVM hostis viſum tuum, vt prius, ad petierit, manu vacua eũ
repellas abiecto acinace, inde ipſius acinacem corripias prope capulũ dex-
tra manu, atq; ſiniſtra conuerſa quaſi impetum excipere velis ſimulato, ve-
rum partem acinacis infirmiorem corripias, ſuperne propellas, manu aute
dextra intra ipſius brachium vtrunq; in latus aduerſarij ſupprimas dextru,
& ea ratione acinacem extorquebis, atq; eũ pſternere poteris.

QVARTVS.

SI Aduersarius superiniecto capulo collum appetierit tuum, nec non vrgere te per dextrum vel sinistrum pedem moliatur: Id hoc modo refringas. dextra manu Cubitum ipsius corripito, versus latus eius dextrum pellito, manum vero sinistram inter brachium vtrunq; in sertam collo eius ex latere dextro applices, sinistrā deinde pedem aduersarij itidē sinistro postponas, atq; per femur sinistrū hostē psternas.

QVINTVS.

SI, vt supra cōmemoratum est, iterum capulum traiecerit, tum sinistra manu, ipsius itidem sinistram corripias, dextra vero eum propellas, inde dextrū pedem prosiliendo hostis sinistro proponas, atq; ita eum infirmes.

SEXTVS

QVVM etiam hic trajecerit capulum, tum sinistra manu brachiū ipsius dextrum prope iuncturam corripito, idq; versum te deprimas, inde autem brachium dextrum firmiter brāchio hostili sinistro super injcias, et sub vtrisq; ipsius brachijs transeas, dextrum pedem si inde vtriq; ipsius ꝑposueris, teq; in latus sinistrū tuū conieceris, hostē ꝑsternes.

SEPTIMVS.

.17.

QVVM, Vt prius factum est, hostis se oeſserit, manu dextram in
ſeras intra brachia ipſius ambo, corripiasq; eius acinacem iuxta capulum,
inde autem prope pectus manu ſinistra conuerſa intra ipſius acinacem
partem infirmiorem apprehendas, necnon firmiter verſum te conuellas.

Octavvs.

SINISTRAM manum ſuper aduerſarij acinacem trajcias
prope capulum, atq; deorſum deprimas, manum autem dextram ſu"
ſtolles inter eius vtrunq; brachium corripiendo acinacis hoſtilis partem
infirmiorem, verſuſq; te quantum poteris adprimas, pòſt ſi in latus ad"
uerſarij ſiniſtrum vellas, extorquebis è manibus hoſtis acinacem.

Nonvs.

ALIA effigies precedentis, manu dextra tua ſuper aduerſarij
brachio dextro ſuperiniecta, acinacem ipſius iuxtā capulū corripias,

„dextrum„

atq; vellas versus latus tuum, mox autem sinistra conuersa parte aci„
nacis infirmam corripito, etiam hic in dextrum latus tuum conuellas
firmiter, id si coeris, ipsius acinacem capiti illides.

DECIMVS.

SI aduersarius eodem modo te fuerit adoressus, quo prius iuxtaq;
collum te tenebat, et tu ipsius acinacem corripias, manu directa
super ipsius dextrum brachium, sensericq; hostem acriter resistere,
ita vt nequeas acinacem eius in latus ipsius dextrum torquere,
tum sinistra retro eius dextram capulum adprehendas, atq; si fir„
miter deorsum in latus sinistrum tuum conuulseris, acinacem ex hostis
manu extorquebis.

VNDECIMVS.

ADVERSARIVS, cum rursus traiecerit, sublata
tua manu sinistra retro ipsius dextram, intra manum eius et capulu,

firmiter in latus ipsius dextrum reprimas, inde si subito in predictum latus tuum te conuerteris, rursum acinacem extorsisti.

DVODECIMO.

QVVM hostis idem, vt prius, exerceat contra te, tunc supra brachium ipsius vtrunq; punctione directa, vtrunq; itidem per partem acinacis infirmiorem saucies in iunctura, pòst firmiter capulo acinacis, tollas brachium eius sinistrum iuxta cubiti iuncturam exterius, atq; è supernè fortiter in latus aduersarij dextrum deprimas.

DE REMOTIONIBVS
Vel exceptionibus.

DILIGENTER obserues qua ratione id fiat per acinacem, siue quis contra te ictibus siue punctionibus vtatur, hoc igitur modo te componas. Si ad hostem processeris acinace gubernando, atq; si is quasi puncturus sit, se accomodarit, tum sinistrum pedem pone, nec non versus eum in custodiam Apri in latere dextro tuo te

adaptes, et latus ſiniſtrum aduerſario nudum exhibeto. Sin is ſuperne nu-
ditatem adpetat pungendo, tu acinacem in latus tuum ſiniſtrum contra
eius punctionem torquebas, ita ut acies brevis hoſtis acinaci adiungatur,
et ea ratione impetum eius repellas mucrone in viſum porrecto vel Tho-
racem, atq; inde viſum hoſtis vel pectus pungas.

ALIA PRÆCEDEN-
tis effigies.

SI conſiſtas in cuſtodia Verris vel Apri contra aduerſarij latus dextrum,
et is de latere ſiniſtro ſuperne contra nuditatem feriat, acinace ſublato,
cum contra ipſius ictum in latus ſiniſtrum torquebas, ita tamen vt capu-
lus pro capite tuo conſiſtat in habitum Tauri: inde dextro pede proores,
Viſum ipſius vel pectus fodito, atq; ijs punctionibus ex quatuor pre-
dictis ſupra caſtris vtitor, eaſq; exerceto.

DE TRANSMVTA-
tionibus.

VARII Tranſmutationum habitus ſunt et modi, eosq; ex ſingulis

enumeratis ictibus exercere poteris contra athletas eos, qui contra arma tan„
tum feriunt corpore aduersary neglecto, atq; eius nuditatibus. Transmuta„
tionibus autem prudenter vteris, ne mucro aduersary nuditates tuas requi„
rat, dum tu transmutationes exerces.

EAS igitur hunc in modum exercebis, si acinace rite gubernando ad ho„
stem processeris, acie longa prmissa caput hostis superne ferito, at si is con„
tra acinacem tuum feriat corpore neglecto, mucronem simul cum ictu in„
ferne transmittas priusq; tuum contiocerit acinacem, atq; alteram nudita„
tem pungito. Verum si id animaduerterit aduersarius, sequiturq; causa
sui defendendi punctione à te factam, rursus transmittere versus alteru
latus non dubitabis. Id itaq; semper exerceas, quoties pro sui defensione
acinacem tuum sequitur: tum etiam id vtrinq; formatur.

ALIA TRANSMITTEN„
di acinacis forma, et effigies.

QVVM in hostis conspectum fueris progressus, pedem sinistrum pre„
figas, mucrone longo versus ipsius visum porrecto, et si is ab inferne vel
superne contra acinace tuum feriat, nec nō remouere te conetur, vel eū con„
tingere, tum celerrime mucronem trāsmittas deorsum, atq; alterum latus
pungas, idq; exercere contra omnes ictus poteris.

ALIA EIVSDEM RATIO.

SI aduersarius impetum tuum exceperit, feriat, vel aliàs acinacem tuũ attigerit, et cum in ipso tuo acinace, mucronem sui acinacis contra visũ vel pectus non porrexerit, verum seorsim transmiserit, tunc tu imperter„ ritus transmittas. Sed si mucronem in visum tuum vel nuditates conie„ cerit, Transmissiones vitato, verum acinaci eius inhercas, atq; contra proximam nuditatem concertato, et ea conditione prohibebis, ne aduer„ sarius instando te urgere, vel mucronem primis adponere queat.

ALIVS HABITVS P̄DICTI.

PORRO etiam ex porrectis et longis ictibus inferis Transmissioni„ bus vtitor vtrinq;, maximè autem de sinistro latere, prefixo pede sinistro, ad hostem igitur progreditor inferos ictus exercens, ita tamen, vt in pro„ gressu pedes vtriq; coniungantur, eosq; ictus ferias porrectis brachijs lon„ ga acie premissa: et cum prope ad ipsum pueneris, quasi iecturus sis, mucronem infernè in latus ipsius dextrũ contra visum, te p̄pares, veru celeriter infernè iuxta capulum transmũtes, atq; visum sinistri lateris acriter punges.

ALIA EFFIGIES.

EAM *hoc modo ex inferis ictibus exerceas, contra hostem vtens ictibus inferis procedito de latere sinistro, versus hostis dextrum feriun-*
do brachijs extentis, atq; gemino gradu id fiat sicutj ante, ita tamen vt pollex supernè constitutus sit in latitudine acinacis, acies breuis præemineat. Si igitur ad hostem prope accesseris, tum rectà longiore mucronem contra visum eius impellas pollice supernè existente: at si eum mucrone non attigeris, acinacem, postq; paululum ita constiteris, in latus sinistrum tuum torq̄as ad ipsius acinacem subsistente acie brcui, longa vero superior constituatur, inde in latus aduersarij dex-
trum pede sinistro concedas, vt eum circumstes, atq; faciem eius fodito. et si duplatione vti voles, tibi concessum est, præcipuè autem versus latus ipsius dextrum retro eius acinacem medium, tum etiam exerce-
re hic gemino erratico, vel ictu, quo eum attingis licebit.

ROTÆ HABITVS.


QVI ROTAM *certò exercere quibit, is mutationem geminam efficere poterit.*

EVM igitur habitum cum vsurpare voles, hoc modo te accomoda„
bis, ictum impetuosum de humero dextro porrectim brachio prorsus por„
recto contra aduersarium ferias pfixo pede sinistro, pòst attollas mucronem
ita, vt breuis acies supernè appareat, tum supernè etiam de humero dex„
tro inclines retrorsum, verum ab infernè rursum tollas, vt tamen semper
mucro contra hostem porrigatur, atq; simulato quasi sis mucronē con„
tra ipsius latus sinistrum impulsurus, inde autem celeriter sublatum trans„
mittas contra visum partis dextræ.

ALIA PCEDENTIS
habitus effigies.

DEXTRVM pedem prefigas, formesq; rotam de latere sinistro
tuo, inde autem mox sinistro subsequutus te componas, quasi impulsur?
sis mucronem de latere sinistro tuo contra hostis latus dextrum, inde
autem mucronem iuxta aduersary capulum transmittas atq; visum
dextri lateris hostilis pungas, ita Transmissionibus æquè ex inferis ich„
bus, atq; supernis et oeminis ictibus inferis.

ACINACIS ATTRACTIO.



MVLTI itemq; vary Attractionum sunt habitus: ij autem princi„
paliter exercendi sunt contra athletas, qui pro viribus feriunt acinaces
aduersariorum, atq; fortes in excipiendis ictibus existunt, tum etiam
contra hos, q diutius acinaci aduersary inherentes remorantur, obser„
uantes nũ aduersary in ipsorum conspectu recedere vel longius ferire
quam athletas peritos decet, velint. Quare si eos ludere voles, retractio„
nes hac subsequenti ratione exerceto, ex ictu scuero hostis acinacem cõ„
tingito statim in primo conflictu in latere ipsius sinistro, atq; inde ex
eodem ictu latus dextrum hostis ferias, verum si acinaces vtriq; con„
iunguntur, brachium tu paulum retrorsum retrahe, et ex plaga
punctionem formato versũ hostis visum lateris sinistri, vel si mauis
acinace traiecto, rursus acie vel breui vel longa supernam nudi„
tatem lateris dextri concutias. Quis autem habitus Transitio sit, post
cognosces, ũerum diligenter obserues, ut eas prudenter iuxta meam
doctrinam exerceas, nam longè aliter Transitiones in habitibus aci„
nacis formantur, quam supra in habitibus ensis longi

ALIA FORMA
retractionis.

CONTRA hostem vehementi impetu de latere dextro super„
nè caput appetendo ferias, Sin is impetum istum excipere conetur,
retracto paululum acinace priusquã contingat tuũ acinace, alteram
pinnã sinistri lateris hostilis pũgito, idq; exerceas ictib⁹ qb: adversari⁹ sauciari potest.

ALIVS RETRACTIO„ nis habitus.

SI hostis acinacem tuum contigerit, eiq; inhereat expectans an tu acinacem remouere velis, tum id quod cupit is simulato, vel quasi acinacem sis retracturus, sed neutrum perficito, verum potius illius acinaci inhercas, pòst medium attrahas, atq; iuxta hostis acinacem rursus celeriter visum vel pectus hostile fodias. Cum itaq; eum habitū vsurpare volueris, semp poteris acinacem tuum vertere contra acinacem aduersary, vt tamen acies longa superior existat, quemadmodum supra instructus es.

ALIVS item habitus, si hostem leuiter punxeris, tum celeriter contra ipsum duplationibus vtitor, vel alys quibusq; optimis, id autem fieri debet celerrimè.

RATIO ACINACIS retrahendi cū in custodia Aggeris cōsistas.

QVVM in aggere consistas, aduersarius autē è supernè versus si„ nistrū latus tuum feriat, tu gemino gradu in latus dextrū tuū concedas, retracto ex ictu hostili corpore tuo, atq; supernam nuditatem ipsius con„ cutias, id autem in primis cauebis, ne is contingat acinacem tuum.

.22.


RETRACTIO CVM IN
Custodia sublata consistas.

SI aduersarius ex custodia modò commemorata contra te feriat, te itidē in ea consistente, tu ex ipsius ictu retrahas acinacem tuum, caueas magnopere, nē hostis eum feriendo contigat, verum si de latere dextro suo versus tuum sinistrum feriat, tu retracto acinace, gemino gradu in latus hostis sinistrū concedas, atq; supernam nuditatem ferias, id etiā vtrinq; exercere poteris.

RETRACTIO EX CO„
ruscatione acinacis vtriusq.

QVVM aduersarius tuum acinacem in primo conflictu attigerit in latere sinistro tuo, nec nō alteram pinnam concutere conetur, impetu ipsius excepto ex latere dextro tuo, ceruicem eius vel caput quassabis.

ALIA RETRACTIONIS
effigies.



HIC habitus alios excellere videtur: cum igitur si exercere voles, hoc modo te prepares necesse erit. Si in custodia sublata consistas, is autem acinacem tuum contigerit ex latere tuo leuo, atq; dextrorsum ferire cona„ bitur, tu retracto acinace, capuloq; pro capite leuato, ita tamen ut acies breuis versus te consistat, in latere tuo sinistro mucronem demittas, atq; gutturi ipsius hostis adplices vel pectori, retrorsumq; eum propellas.

ALIA, QVO PACTO.

ſi latitudo acinacis sit vsurpanda, et geminj erratici.

SI aduersarius in custodia sublata constiterit, tum de latere vel hume„ ro tuo dextro contra hostis acinacem ferias, sed acinacis latitudine vten„ do, acie longa versum te conuersa, atq; ipso ictus actu in latus ipsius dex„ trum pede dextro concedas proximè pedem ipsius itidem dextru, inde autem pariter contra aduersarij acinacem ferias, sed si prope acinaces vtriq; conueniunt, acinacem tu retrahas, capulo versus latus sinistru tuum constituto, hinc citra omnem tui defensionem acriter visum ei pungas, idq; obserues vt in ipsa punctione pede sinistro mox subse„ quaris, inde etiam dextro, vt progressus geminetur.

CÆTERVM siue hostem puxeris siue erraris, celeriter post punctionem factam in latus hostis sinistrum acinacem torqueas pollice

subsistente acinace, acies autem longa versus hostem, post igitur ex ea com-
positione latus dextrum eius quassato, verum rursus acinace sublato, vt
subsitet pollex, si pedem dextrum in latus aduersary itidem dextrum collo-
caris, rursum idem latus appetito retro ipsius acinacem medium conuer-
sa in faciem eius acie breui: etiam eum ictum exercere licebit, quo hostis
sauciatur, qui abattingendo appellationem habet.

DE TRANSCVRSV.

EVM habitum hac conditione vsurpes: Si aduersarius contra te vti-
tur ictu superno, tu Seuerum ictum pariter cum ipso ferias, vt manus vtræq;
coniungantur, inde aute sinistra manu, hostis cubitum exterius corri-
pito, atq; eum ppellito in latus sinistrum, pòst celeriter abiecto acinace manu
dextra poplite ipsius exteriy corripito, insi sustuleris, aduersarium prosternes.

TRANSCVRSVS EX
primo conflictu.

QVVM mutuo acinaces contigeritis, hostis dextram manum tu-

ſiniſtra adprehendas, ſurſum leuabis, atq; inde opem ſiniſtræ manuj dextra feres, dorſum ſi contra hoſtem conuerteris, manu vtraq; ſuper humero dextro tuo aduerſarij brachium infringas.

ALIA FORMA.

SI aduerſarius incurrendo tibi proxime coniunctus eſt, tuq; idem feceris dextram manum ipſius, tu ſiniſtra interne adprehendito, camq; propellas, brachium vero ſurſum tollas, inde capite tranſcurras ſub ipſius brachio in latus dextrum, atq; manu ſiniſtra brachium aduerſarij correptum in ceruicem reclines, inde ſi humeros atq; ceruicem acriter ſuſtuleris, brachium ea conditione diſrumpes.

ALIA ITEM TRANS,
curſus effigies.

SI rurſum mutuo vterq; incurriſtis, dextram aduerſarij manu ſiniſtra tu corripito, ſubleuesq; brachium ipſius, inde capite tranſeas ſub brachio hoſtili, et ſi inde dextra manu, poplitem hoſtis itidem dextru corripueris, humero ſubleues crus ipſius, atq; per dorſum aduerſarium in caput precipites.

ABSCISIONIS HABITVS.

IS habitus vſurpatur ad refringendas acinacis intorſiones: cum igit̃ hac ratione exercebis, Si contra hoſtem athleticam exerceas in progreſsu vtens inferis ictibus, vel te in cuſtodiam verris compoſueris, et is attigerit tuum acinacem priusquã tuum acinacem ſuſtuleris, tum remaneas infernè eius acinaci inhærens, verum acie breui ſubleues acriter, sed is ſupprimat, tum infernè ab ipſius acinace recedas, atq; celerrimè viſũ aduerſarij ſupernè vulneres.

RATIO COMPRIMEN,,
darum manuum hoſtilium.

EAM hac ſubſequenti iam conditione exerceto, cum aduerſarius in currat tibi verſus latus ſiniſtrũ tuũ brachijs extentis, tum acinacis tui aciem longa ſub hoſtis capulo brachio ſupponas, nec nõ vehementer ſurſum reprimas, atq; in latus aduerſarij dextrũ concedas, inde autem celeriter nodũ infernè ſubigas, verũ acinacem tuũ ab ipſius hoſtis brachijs ne remoueas, pòſt autem acinacẽ ex inferiori inciſione in ſupiorẽ cõuertas ſupra eius brachiũ ex acie longa.

RATIO, VNDE MANVS HO,,
ſtis qua acinacem tenet circumuertere licet.

CONTRA hostem vtitor ictu Scuero caput ipsius adpetendo ex latere dextro, pollex substet in acinacis latitudie, atq; capulum ex acie breui proxime ad moueas, vt manus vtriusq; coniungantur, inde autem reiecto acinace, iunctu„ ram eius manus, qua acinacem hostis tenet corripito, eamq; circumuertas, cubito insuper cum infirmato, inde si in Libram prosilueris, per sinistrum pe„ dem aduersariumsternas.

HABITVS REMOVENDI
vel vitandi habitum commemoratu.

SI aduersarius dextram tibi adprehenderit, iuxtaq; cubitum te infirmare conc„ tur, quod Germanis dicitur pondus auferre, tum quantum poteris cubitu tuum Corpori tuo adiungito, atq; inde aduersarij caput acinace totis ami„ mi viribus pulsato.

REPVLSÆ HABITVS.

QVVM vterq; in mucrone pendenti consistitis in congressu, tuq; iuxta ipsi? aduersarij acinacem ex latere sinistro te composueris, tunc aciem breuem vel capulũ lateri ipsius dextro si adiunxeris, longam aciem capiti hostis illidito.

SI vero is in latere tuo dextro consistat simulatione atq; tu illius latus con-
tiocris, subito crucem acinacis seu capulum (vtrunq; .n. rectè dicitur)
applices lateri acinacis sinistro, versusq; dextrum conuertas, indeautè si
progressus fueris versus sinistrum ipsius latus, breui acie eum vulneres.

RATIO SVPERIOREM
habitum infringendi.

CVM aduersarius acinacem suum ad predictum habitum preparat,
tu acinacem tuum quam proximè ad te retrahas, ipsumq; preuenias, atq;
aurem sinistram ferito, nec nõ inde celeriter cũ contra visum hostis torqueas,

ALIA EFFIGIES.

HOSTIS acinacem seorsim comprimas, atq; manu vacua capulum
ipsius adprehendas, inde si suppresseris, habitus is rectè formatur, insuper-aci-
nacem traducere atq; transmittere poteris: quasi infernam pinnam adoressu-
rus simulato, sed dextrum latus punctione adpetito, verum hostem non
tangas, sed ictu scuero sinistram superiorem pinnam ferias.

TRANSITIONIS HABITVS.

ICTV *superno contra hostem vtitor de humero tuo dextro versus lat⁹ ipsius sinistrum, priusquam autem eum contigeris, aciem contra hostis aci„ nacem torqueas demisso mucrone, atq; pòst inter te ipsumq; in latus eius dextrum acinace directo, caput eius pulsato.*

ARCVS.

ACINACEM *iuxta latus sinistrum tuum contineas paulo su„ pra genu, mucrone versus hostem porrecto, cum igitur aduersarius de latt„ re sico dextro sinistrorsum acinacem tuum contigerit, in modum arcus aci„ nacem tu flectas in latus sinistrum mucrone nonnihil demisso, pollex sub„ stet. hostis autem si acie breui acinacem contingat tum in latus tuū sinistrū concedas gemino passu ex ipsius ictu, atq; manū ipsius sinistram transuerberes.*

RATIO INFRINGENDI

ex arcu porrectorum ictuum.

CVM aduersarius arcus habitum excipiat, et rectà è superne ictu ſu„
pernum feriat, semper ex ictu eius seorsim excedas, atq; caput hostis ferias,
vel acinacem contra ipsius acinacem torqueas, necnon visum fodias.

ALIVS EX ARCV EX„
cellens habitus.

SI quis arcum exercceat ex latere dextro, tu quasi iuxta manum ipsius super„
impositurus acinacem te præparcs, inde autem manu sinistra brachium
dextrum interne seorsim ferias, vel latus ipsius dextrum, atq; pòst caput
transuerberes, vel interne ipsius brachium.

ALIVS EX ARCV
habitus.

SI tu vsus fueris Arcu vt antea, sinistra manu, hostis dextram corripito,
et quasi os transuerberare hosti volueris, simulato, verum in ipso ictu
te in latus aduersarij dextrum conuertas dorso tuo in hostem conuerso, in„
de in humerum sinistrum tuum reijcias acinacem vt acies breuis super„
ne adparcat, anterius firmiter si depresseris, brachium infringes hosti,
id autẽ si facere nolueris, celeriter acinacẽ transmittas, et quicqd volucris exerceas.

RATIO EXTORQVENDI acinacem.

CONTRA hostis latus sinistrum animosè ferias ictum scuerum exercens, et in acinacium coruscatione capulum acinacis, super aduersarij acinacem trayicias iuxta ipsius dextram, crucem inferne cubito dextro apponas, firmiterq; impellas, verum sinistra, munitione hostis contingas, atq; retro dextram ipsius firmiter si attraxeris, acinacem ex manu torquebis.

RATIO SVPRADICTVM habitum deuitandj.

QVVM aduersarius capulum supra dextram tuam iuccerit, pari ratione, etiam tu consimiliter crucem in iuncturam cubiti hostilis inycias, atq; celeriter eum propellas, sinistrorsum capulum ipsius corripito sub dextra, inde si firmiter attraxeris, hostis præuentus erit.

ALIA RATIO EXTORQUENDI acinacem


.27.

SINISTRVM *pedem præponas, supra pedem dextrum acinacē contineas, et si aduersarius sinistram nuditatem adpetat, tum interneca-*
pulum supra iuncturas dextrę hostilis manus traycias, versus dextrum latus fortiter conuellas, atq; ea ratione acinacem ex manu extorquebis.

INCLINATIONVM ET
intorsionum habitus.

HOC *loco obseruabis qua ratione ex inclinationibus intorsiones exercere debeas. Primum si acinace athleticè gubernando ad hostem*
processeris, ex latere dextro in verris custodia consistas: at si aduer-
sarius è supernè contra te feriat latus tuum sinistrum adpetendo, aci-
nacem torqueas versus ipsius ictum, vt acies breuis contingat acina-
cem ipsius, atq; visum ipsius supernè pungas, hic igitur habitus intor-
sio dicitur: si is punctionem auerterit, tuus acinaces, ipsius acinaci in-
hęreat, atq; rursum aciem longam torquendo acinaci hostis adiungas
in latus dextrum, necnon visum ipsius supernè pungas, is igitur habit
inclinatio dicitur ex latere dextro tuo adhibitis duabus intorsionibus.

ALIA PRECEDENTIS
habitus effigies.



QVVM in aduersarij conſpectum fueris progreſsus, ex latere ſiniſtro conſiſtas, at ſi is contra latus tuum dextrum feriat, acinacem contra ipſius acinacem torquebas, vt cum acie longa attingas, inde viſum dextri lateris fodias ſuperne, et is habitus appellatur intorſio. Sin hoſtis punctione repellat de latere ſuo dextro, inhereas acinaci ipſius, atq; rurſus aciem breuem ipſius acinaci intorqueas ex latere ſiniſtro, nec non ſuperne facie hoſtis punges, et hæc eſt ſecunda inclinatio de latere læuo adhibitis rurſum duabus intorſionibus.

SEQVVNTVR ALIQVOT luctæ species per acinacem.

MANVM dextram collo hoſtis anterius adplices, pòst dextrum pedem, ipſius itidem dextro poſtponas, atq; per dextrum genu pro-ſternas hoſtem.

ALIA SPECIES.

MANV ſiniſtra, aduerſarij dextram corripito, atq; dextra ſupponas

ipsius cubito, inde attrahas, sinistra autem manu supernè si repulseris, atq; dextrum pedem, hostis sinistro postposueris, p genu dextrũ aduersariũ deijcias.

RATIO, VNDE HOSTEM

suo ipsius acinace pungere potes.

SI quis te pungere moliatur acinace ab infernè, tum sinistra manu, ipsius dextram captiuabis, et manu dextra conuersa infernè ipsius acinacem ad„ prehendas, atq; inde acinacem hostilem ab infernè cuspide versus ipsius thoracem conuertas, post autem pectore tuo contra ipsius acinacem incur„ ras retrorsum, et ea ratione proprio acinace hostem punges:

RATIO HOSTEM PRO„

stratum retinendi captiuum.

SI quempiam pstraueris, tunc genu dextrũ semp vtrisq; aduersary pedib? interponas, manum vero sinistram collo hostili anterius adplices, vel ma„ nu vtrauis brachia ipsius corripias, et ea conditione eũ continebis, verũ pru„ denter curabis vt id ritè vsurpes: Inde autẽ ipsius acinacẽ adprehendas, atq; pro arbitratu tuo eum tractes.

FINIS.

INDEX HVIVS LIBRI

A

Acinacis partes . . . . . 2.

Appellationes ictuum. . . . 2.

Acinacis ↄ. habitus. . . . 2. 2

Athletas infirmandi et decipiendi rō. 6.

Acinacis superiniectio. . . . . 15.

Acinacis retractio. . . . . 21.

Abscisionis habitus. . . . . 24.

Arcus . . . . . 28. 2.

Acinacem extorquendi ratio. . . 26. 2.

C

Castra quatuor. . . . . 11.

Crebri ictus præueniendi . . . 1. 2.

Custodia cancellata. . . . . 5.

Custodia Tauri. . . . . 5. 2.

Contra furiosorum bubulorum more ferentes. . . . . 6.

D

Duplationes. . . . . 3.

E

Exercituum duplationis & mutationis. . . . . 4. 2.

Exceptiones quatuor. . . . . 12.

H

Habitus duodecim infringendi. 16.

I

Ictus ab ira denominatus. . . . 2. 2.

Ictus ab excitando nomen habens. 4. 2.

Ictus fortuitus. . . . . 6. 2.

Ictus seuerus. . . . . 7.

Ictus Erraticus. . . . . 8.

Ictus a cogendo dictus. . . . . 9.

Ictus ab innuendo dictus. . . 9. 2.

Inclinationum & intorsionu ratio. 27.

L

Lucta aliquot per Acinacem. . 27. 2.

M

Militiæ expositio. . . . . 3. 2.

O

Obseruatio an ensis firmiter, minusue contineatur. . . . . 3.

P

Pinnarum quatuor declaratio. . 4.

Præuenire quid sit. . . . . 1. 2.

R

Ratio comprimendæ hostis manuu. 24.

Remotiones vel exceptiones. . . 10.

Repulsæ habitus. . . . . 24. 2.

Rotæ habitus. . . . . 20.

S

Sequi quid vocetur. . . . . 1. 2.

T

Transcursus. . . . . 23.

Transitionis habitus. . . . . 25. 2.


Transmutationes. . . . . 19.


Transmutationis effigies. . . . 7.

V

Vtilitas doctrinæ Acinacis. . . 1.

Vrgendi hostis ratio. . . . . 13. 2.





PRIMI DVO SVPERIORES. EX PRIMO CON" GRESSV CONTACTVS DE LATERE DEXTRO

1



AD hunc congreſsu haſta gubernanda athleticè, hoc modo te compones, con" tra aduerſariu pede dextro procedes, atq; ſupernè in primo congreſſu de humero tuo dex" tro contingas manu dextra exterius eius haſta, eoq; contactu obſeruabis diligenter, num firmiter uel contrà, haſtà manibus contineat. Si fortiter reſtiterit aduerſarius, ſiniſtro inſequutus pede, et haſta ab ipius haſta circuuoluta ex latere eius ſiniſtro dextru uerſus, nec non uerſus uiſum aduerſarij pungito. Sin aut eadem ratioe contra te is fuerit uſus, tq; in contactu primi congreſsus conſiſtente aduerſus aduerſariu, dextro pede prefixo, manuq; dex" tra in media haſta continueris priorem, mucrone anteriori, eius conatu eludes i dextru latus. Interea pede ſiniſtro introgreditor, et mucrone poſteriore contra uiſu eius impellito. Verū ſi conatum iſtū auerterit, dextro conſequutus, caput aduerſary mucrone haſtę tuę ſu" periori ex haſtaru tactu affliges. Cęterū ſi caput tuu ſupernè is adpetiuerit, pedè ſiniſtrum referto, atq; mucrone anteriori excipito, ſtatim uero poſt pectus eius impulſu aggreditor. Hoſte id auertente, impulſu rurſus arripe, et dextrū eius brachiu appetito, At interim ab eo retrorſum in tui tamen defenſione tuta recedes.

PRIMÆ DVÆ INFERIORES EX CONGRESSV
PRIMO HASTARŸ COLLISIONES DE LATERE SINISTRO.



SI prędicto habitu cōmodē uti uolueris, ſiniſtrū pedē prēfiges, ſupra ſiniſtrū humerū haſta tenebis, ita tn ut manus ſiniſtra ſit prępoſita, Si itaq; contra aduerſariū hoc modo conſtiteris, iſq; uiciſsim contra te in primo haſtarum contactu inferiori, tū dextro pede intrò concedes, atq; de intrinſecus ſupra brachiū ſiniſtrū eius extrinſecus pungito, Verū in ipa punctioe, mucronē in pectus aduerſarij impellito. Et ſi eū eluſerit, rurſus pede ſiniſtro conſequitor, et inflecte poſteriore mucrone haſtę tuæ contra hoſtis uiſum. Sin uero idem contra te uſurpet aduerſarius, te ſiniſtrū pponente pedem, punctioem eius auertito, dextro inſequutus, mucronē anteriore in uiſū hoſtis impellito. Verū ſi exceperit, haſta circūflectendo, uerſus latus eius ſiniſtrū ea protrudito. Sin rurſus conatū tuū eluſerit, ſiniſtro pede inſequitor, atq; confeſtim anteriori et poſteriori mucrone uiſū aduerſarij adgreditor. Verū ſi is habitu eodē uſus fuerit contra te, tū auertes haſtarū contactu ex tuo latere utroq;, Interim uero inſequutus pede dextro, in uiſū eius mucrone haſtę propellito. Cęterū hoſtis id ſi exceperit, pede dextro reductō, haſtā manu conuerſa capiti infliges hoſtis, ſubito aut rurſus haſtā manu ſiniſtra apprehende, atq; facie tuā accurate obſeruato defenſione eius tutiſsima.

SECVNDI HASTARVM CONTACTVS SVPERNI
DVO DE LATERE SINISTRO.

3



In contactum supernũ de latere sinistro formatũ, hasta rite gubernanda ita te accommodabis. Si aduersarius contra te in pdicto habitu, scilicet contactu hastarũ de latere sinistro constiterit, dextro introgreditor pede, atq; diligenter obseruato, nũ hastulã firmiter uel minus contineat in primi congressus tactu, si infirmus reperietur, dextro statim consequeris et pungendo facie eius adpetito. Sin uero conatũ eũ effecerit irritũ, confestim circumflectenda hasta ex latere tuo dextro in latus aduersarij dextrũ eã adaptabis. Verũ si is idem cotra te usurparit, et tu uicissim in hastarũ contactus habitu consistas sinistro prefixo, conatũ eius excipies. Verũ dextro confestim insequitor, atq; uisum hostis supra dextrum brachiũ eiusdem hasta tua adpetito. Excipiente id aduersario, mucrone in eius latus dextrũ circũflectendo accommodato, eũ in latus dextrũ impellito. Hostis si id auerterit, pede sinistro consequitor, et intra brachiũ aduersarij utrũq; uersus facie hastę tuæ mucrone posteriore inflectendo propelles. Cæterũ ea ratione impulsus aduersarius si utatur, dextrũ referes pede retrorsũ, atq; impetũ eius mucrone hastę tuæ anteriori auertere memineris, interimq; mucrone posteriore uicissim i uisu eius ipelles: dextro rursũ consequutus, hasta manu utraq; capiti eius infligito, eoq; habitu ab aduersario discedes, in tuta tamen tui defensione.

DVÆ COLLISIONES HASTARŨ INFERIORES
DE LATERE DEXTRO

4



QVVM infera hastarũ collisione recte uti uolueris, dextrũ pedẽ prępones, manuq; dextram recta, iuxta mucronẽ anteriorẽ, et inde ſurſũ haſtã conuertas, ut manus dextra iuxta femur appareat, atq; facie aduerſarij appetes. Cęterũ ſi is idem contra te conabitur, te quoq; i habi-tu tactus haſtarũ conſiſtente, dextrũq; prępoſueris, mucrone anteriori ipius punctionẽ auertere nõ dubites, teq; ita componas, quaſi appetere haſtæ impulſu eius crus dextrũ uelis. Verũ ſiniſtro conſequutus pede, mucronẽ poſteriorẽ uerſus uiſũ uel pectus eius conijcies. Porro idẽ hoſte uſur-pantẽ, dextro recedes retrorſum, atq; eũ conatũ aduerſarij, loco haſtæ poſteriori eludes. Sed rurſus pede dextro introcedere non obliuiſcẽris, et mucronẽ anteriorem, in uiſum eius propellito. Sin uero te abegerit hoſtis, haſtam ab eius haſta circũflectes, atq; conſequutus ſiniſtro, predi-cto mucrone uerſus latus eius dextrum pungito. Et ſi te aduerſarius ea ratioe fuerit aggreſſus, id auertito, Confeſtim uero pede dextro conſequutus, rotando haſtã, mucronẽ utrũq; dupliciter vultui eius impingito. Verum ſi eos eliſerit, dextrũ reducere memineris pedẽ, atq; capiti eius, haſtã infligito. Curã uero eã habebis, in diſcedendo ab hoſte, ne reperiaris nudus.

HABITVS AVERSIONIS CONTRA DVPLICEM ICTVM MEDIVM.



AD habitū prenominatū hasta gubernanda more athletico, hoc modo te compones, pede sinistro intrò procedes, hasta tua humū parte priori respiciat, manus uero dextra supra caput recta sit constituta, interiq; si sursū hasta rotando conuerteris, et manū dextra femori iniunxeris, mucrone anteriore vultui hostis infigito. Verū si aduersarius idem fuerit conatus, tuq; i habitu duplicis ictus medij contra ipm constiteris prefixo pede dextro, tū cius conatū parte hastæ anteriori auertito: confestim uero pede sinistro insequutus, mucrone hastæ posteriore in facie eius impellito. Sin aut ab eo habitu se tutū reddiderit, tū inferne circūflectendo, eius brachiū dextrū quassabis. At si rursus se liberauerit, dextro insequere intrò, atq; mucrone longo eius uisū sauciato. Quū uero eū impulsū hostis aiaduerterit, eluseritq, dextrū pedē referto, et impulsu pede aduersarij sinistrū aggreditor. Sin aut is te eadē ratioe loedere impulsu conetur, nō auertes eius impetū, Verū celeriter pungendo eius uisū sauciato, inde uero ab aduersario circūspectius recedes.

DEXTRÆ ET SINISTRVM PROPVGNACVLVM SEV CASTRVM

6



IN castrū ex latere dextro ita te adaptabis, preponito dextrū pedē, de latere dextro hastā cōtineas in loco eius firmiori, et si aduersarius contra te de latere suo sinistro uicissim in loco fortiori consistat p" fixens sinistrū, et utriq; huice hastas ex primo congressu contigeritis, te componito, tanq; uisu hostis ue" lis aggredi impulsu, sed ex ea fraude, circūflectendo hastā rotabis ex latere eius dextro uersus sinistrū, atq; insequutus pede sinistro, pectus aduersarÿ punctione aggreditor. Sed si hostis auerterit impulsum, dextro subito insequere, et mucronē hastæ posteriorē intra aduersarÿ brachiū utrūq; in uisu impellito. Sin uero idem is usurparit, dextro pede intro procedes, atq; mucrone posteriori impulsum eius auertes, interi uero longo mucrone rotando hastā ab eius hasta transmuta, atq; uicissim eā in eius facie pro" pelles. Verū si id auerterit aduersarius, tū si sinistrū prefixeris, mucronē anteriorē in faciem hostis por" rexeris, corpus circūagas ita ut dexter prior sit, atq; caput ictu hastę quassato. Si uero is uicissim eadem ratione utatur, hastā humo infige ex latere tuo dextro, atq; obuiā ei si processeris, intra ma" nū tuā utrāq; ictum eius excipito, subito interea appete uisum eius impulsu, et ab eo discedes in tuta tui defensione.

IMPVLSVS, QVO VISVS ADPETITVR CONTRA INFERAM AVERSIONEM PER HASTÆ MVCRONEM VTRVMQ3



HANC in forma hoc pacto te accomodato, hasta in latere dextro contineas, manu sinistra haste mediętati applicabis, manu uero dextra iuxta pede dextru, atq mucro haste anterior sit contra aduersarij faciem porrectus. Veru si is in habitu auersionis tibi contrarius perstiterit, sinistru pedem prepones, hastaq eius terre de loco priori infixa sit, manus uero eius dextra recta iuxta posteriorem mucrone constituta, dextro pede insequutus, uisum eius ipulsu appetes. Sin uero hostis eadem ratioe te aggressus fuerit, dextro pede intro procedes, atq in ipso incessu rec ta sub oculos eius hasta tua procedito, et impulsum aduersarij auertito, interea aut inflectes tua haste mucrone posteriore intra eius brachium utruq uersus collu propellito. Cæteru si habitu consimili contra te is fuerit usus, dextro pede recedito, atq punctione eius mucrone anteriori eludes, nec no ex hastaru contactus habitu caput hostis quassabis. Interea aut ex tuta defensioe recede ab aduersario, attame oculoru cura diligente habebis, ne instando te sequatur de improuiso.

DVÆ AVERSIONES EX LATERE VTROQ.



QVVM rite hoc habitu iam prędicto uti uoles, tũ dextrũ pedem pręfigere nõ dubitabis, porrecto brachio hastã terræ inclinato ex parte eius priori, manus sinistra in hastę medio constituta sit, dextra uero supernè iuxta faciẽ tuã. Et si aduersarius modo æquali contra te consistent de latere suo sinistro, pede loeuo intrò procedes, atq; mucronẽ supernũ intra eius brachiũ utrũq; ad uisũ inflectito. Sin autẽ is eũ conatũ auerterit, dextro pede confestim insequutus, mucrone hastæ tuæ posteriori ex habitu auersionis brachiũ dextrũ conquassabis. Verũ si hostis idem fuerit molitus, te sinistrũ pręponente pedem, hostis impetũ mucrone anteriori de manu tua dextra auertes, celeriter aut pede insequutus dextro, pectori eius mucronẽ posteriore hastæ infigito. Cæterũ si is eũ exceperit conatũ, sinistro consequitor pede intrò, atq; dupliciter mucronẽ hastæ utrũq; contra eius faciẽ propellito. Si uero hostis eadem impetus ratione fuerit usus, tũ dextrũ referes pedem & auertere mucrone anteriori sedulo curabis aduersarij impetũ, interim uero mucronẽ hastæ posteriore uersus uisum eius propellito uel pectus, & ab eo discedes in tuta tui defensione.

HABITVS. QVO VISVS ADPETITVR CONTRA FORMAM AVERSIONIS.



AD eum habitū hasta i cogressu regenda in huc modū te compones, siniſtru prefiges pedem, haſtā in manu dextra de femore itidem dextro contineas, mucro aut uersus aduersarij facie ſit porrectus. Sin uero forte euenerit, ut is in habitu auersionis contra te conſtiterit dextru pedem prefiges, hasſaq; in medio utraq; manu rectā pro facie contineat, tu pede dextro intro cedes, et mucrone haſtę posteriore in facie eius propellito de uiſus latere dextro. Veru ſi is auertrit confeſtim anteriorem iniycito in eius pectus, interea aut dextro pede reducto, dextrum latus aduerſarij haſtæ ui pulſato: Sed ſi contra te eodem habitu uti conatus eſt, ſiniſtro ad eu concedas, atq; impetu eius intra tuas manus ambas ex latere tuo dextro auertere curabis, celeriter aut haſtę parte anteriorem uiſum hoſtis propellito. Quu uero idem ſimili ratioe exceperit, pede dextro inſequutus, aduerſarij pudenda mucrone posteriori adpetes. Sed ſi is eodem modo te inferne adgreditur, ſiniſtro pede retrorſu concedes, necno eius impulſum mucrone posteriori excipies, ſtatim uero pedem ſiniſtru rurſus intropones, et duplici impulſu uiſum eius adpetito, tuto interim ex eo habitu ab aduerſario recede.

DVÆ IRRVPTIONES VNDE HABITVS HOSTIS PROSTERNENDI FORMATVR



QVVM in aduersarij conſpectum haſta attollicè regenda conceſſeris, ſiniſtro pede intrò procedes, atq; haſta vultui infligito hoſtis de latere tuo dextro. Verù ſi aduerſarius id exceperit, dextrum pedem reducito, atq; haſtâ uoluendo per manus ſi retraxeris, mucrone longo caput eius quaſsato. Sin uero eodem habitu hoſtis utatur, tum intra manus tuas haſta excipies ictum eius, interea aut intrò procedito pede dextro, atq; mucrone haſtę anteriore uerſus uiſum eius impellito. Auertente id aduerſario, rotando circuflectes tuâ per eius haſtâ, inſequutus ſiniſtro pede, dextrũ hoſtis latus mucrone poſteriori pungito. Idem uero ſi is conabitur, impulſum excipies, et contra aduerſariũ pede dextro ſi proceſſeris, mucrone poſteriori faciem eius adpetito. Si aut conſimili ratione te aggreſſus fuerit, impetũ hoſtis excipere nõ ceſſabis, dextroq; introgreditor ad hoſtẽ, atq; in habitu auerſionis mucrone haſtę tuæ anteriore collo eius adiũgito, et dextrũ pedem, pedis ſiniſtri aduerſarij popliti ſi miceris, ſupernè propuleris, inferne aut attraxeris, aduerſarium proſternes.

DVO IMPVLSVS VERSVS SVPERNAS NVDI-TATES IPSORVM



SI hasta more athletico regenda ad hostẽ processeris, pedem sinistrũ prefiges, directè brachia tua in hasta contineas, manu dextra super capite tuo constituta, mucro aũt contra aduersarij pectus sit porrectus: Etsi is uicissim in impulsu superno cõtra te consiterit sinistrũ prepones, dextro pede confestim insequitor, hastã rotando manu dextra uersus latus tuũ dextrum, mucronẽ longũ ex ipa rotacione hastæ in faciẽ eius infigito. Cũ uero impulsũ aliaduerterit, atq; eũ eluserit se defendendo, mutando de eius latere sinistro in latus dextrũ si transieris hastã, pectus aduersarij punctiõe adgreditor. Et si is eadem ratione utetur, impetũ eius auertes, et dextro pede consequitor, interea mucronẽ hastæ tuæ posteriore in faciem hostis animose impellito, necno in ipso inflexionis habitu pedem dextrum si reduxeris retrorsum, mucronem longũ pectori ipsius infigito. Sin aũt id exceperit, rursus dextro intrò concedes, et anteriori mucrone caput feriundo quassabis aduersarij. Verũ cũ is idem fuerit molitus, id auertes hastã circũflectendo, interim uero dupliciter faciẽ pungendo aggreditor, atq; in tuta tui defensione ab aduersario recedas.

MVCRO LONGVS CONTRA HASTAR COLLISIONEM PRIMAM



IN acceſsu contra hoſtem ex eo ictu, qui ab aure uibratur contra eũ ferire memineris dupli-
citer, et ſi propius ad eũ proceſſeris, ſiniſtrum pedem preponito, manu dextra femori applicabis dextro,
mucro haſtæ contra hoſtis facie ſit porrectus, confeſtim uero inſequutus pede dextro, eius collũ mu-
crone longo figes. Sin aut is eadem ratione te aggreſſus fuerit, cũ ſiniſtrũ tu prefixeris, atq; in habitu
haſtarum colliſione conſiteris, mucrone anteriori impetũ hoſtis impedito, et inſequutus dextro pe-
de, caput eius ictu adpetes. Verũ in ipo ictu, collo ex parte anteriori hoſtis circumflectendo haſta
applicabis, poſtea eius pedi dextro loeuũ pedem anteponito, ſuperne propelles, et diligenter curabis,
ut aduerſariũ hoc habitu infirmũ reddas. Cęterũ ſi is idem moliatur, inſequitor pede loeuo, atq; eius
mucrone haſta tua eludes, interiq; mucrone anteriore uerſus facie hoſtis impellito. Eo aut impul-
ſum à te accurate uibratũ auertente, haſta circuflectes, et rurſũ facie eius appetito. Verum ſi is ge-
mino impulſu te fuerit adgreſſus, mucrone anteriori eũ auertes, et mucronem poſteriore pectori
eius infigito, ex eo itaq; habitu retrocedes in tuta tui defenſione.

ICTVS CONVERSVS CONTRA AVERSIONEM.

13



Hoc modo te compones in prędictu habitu, regendo ictu geminu de pectore forma-
tum uersus aduersariu porrecte ferias, et si prope ad ipm perueneris, contra hostem dextro pede
consistas prefixo. Verum celeriter hasta rotando, manu conuersa hoc ita fiat, ut hasta manu inuer-
sa retrorsum supra humeru ita uoluatur, ut mucro anterior sit, caput eius conquassato, et rursum
manu sinistra hasta si apprehenderis, mucrone anteriore in uisu eius porrigito. Sin autem uersus
aduersariu sinistro prępposito constiteris, porrectis manibus hasta continens, mucroq uersus
terram uergat, tum eius ictu et punctione auertes hasta intra manu utraq, introgressus pede
dextro, mucrone breue injcias manu dextra contra eius facie. Id si exceperit, dextro redu-
cto, uultui hostis mucrone longu impingito. Ceteru aduersario eodem habitu aduersus te utete
dupliciter, utruq impulsu mucrone anteriori auertes, confestim uero insequutus pede sinistro,
mucrone posteriorem in facie impellito aduersarij dupliciter. Et si hostis eu conatu aia aduerte-
rit, atq excusserit, quantu poteris, hasta dextru latus eius mucrone longiori quassabis. Sin
aut rursu exceperit ictu, tum dupliciter contra pectus eius hasta injcito, atq ab aduersario
tuto recedas.

IMPVLSVS PER QVEM BRACHIVM ADVERSARII DEBILITATVR CONTRA IMPVLSVM. QVO PVDENDA ADPETVNT.

14



QVVM in conſpectu aduerſarij conceſſeris haſta ritè regenda, pede ſiniſtro procedes, et haſtam ſupra caput manu dextra continebis, manu uero ſiniſtra infra mediũ haſtæ applicabis, atq; eo modo hoſtis cubitũ ſiniſtrũ pungito, hoc itaq; habitu brachiũ eius infirmabis. Sed ſi is idem fuerit contra te molitus, ſiq; haſtam dextra manu ſuper capite continueris, et ſiniſtrũ pedem prefixeris, haſta ſurſum leuanda ſi auerteris pudenda eius, mucrone anteriori aggreditor, et eo impulſu eius conatum irritũ facies. Inde pede dextro intrò procedes, atq; mucrone haſtulæ poſteriorem uerſus aduerſarij uiſum inflectendo impellas. Ceterũ ſi eadem impulſus ratione is uti conatus eſt, mucrone anteriori eum auertes, etſi haſtam rectà ante faciem tuã continueris, dextro introgredere contra hoſtẽ, et haſtã aduerſarij ex manu eius anteriori excutias mucrone tuo poſteriori, atq; mucrone anteriori facie ipius adpetito. Sin uero id hoſtis exceperit, dextrũ pedem reducito retrorſũ, et mucronẽ haſtę longiorẽ, pectori eius infigito, id itaq; ſi perfeceris, ab aduerſario tuto recedas.

PROPVGNACVLVM SEV CASTRVM EX LIBRA CONTRA IMPVLSVM IMPETVOSVM.



LIBRÆ multifarij ſunt habitus, Primus eſt, cū mucrone poſteriore pro facie conti-neas manu dextra, anterior terrę ſit infixus, manus ſiniſtra mediū haſtæ, etſi poſteriore in latus dextrū inflexeris, Secundus ex primo reddetur. In id igitur genus propugnaculi ita te ad-aptabis, tibijs paribus inſiſtes, haſta humū contingat, manū ſiniſtra haſtæ medietati applicabis, dextra uero in latere tuo dextro ſit collocata, atq; corporis habitu in libra te compones. Interim uero pede loeuo intro procedas, et longū mucrone contra pectus aduerſarij impellito. Verū ſi hoſtis idem contra te uſurparit, pedemq; ſiniſtrū tu prepoſueris, haſtā pedi ſiniſtro applicaris ita, ut mucro eius terrā contingat, manus uero dextra ſupra caput iuxta alterum haſtę mucrone ſublata, tū dextro ingreditor & mucrone anteriori ipſius conatū eludito manu dextra, ſubito aut retrorſum pede dextro concedes, atq; ex totis uiribus impetuoſo impulſu contra eius uultū utitor mucrone longo porrecto. Cęterū ſi idem aduerſus te hoſtis moliatur, pede ſiniſtro in trian-gulū ſi conceſſeris, eius impulſum deuitabis, celeriter aut dextro intro procedes pede, rotata ha-ſta caput eius quaſſabis, interiq; manu ſiniſtra rurſus haſtę applicata, ab aduerſario dupliciter tuto deflectes.

HABITVS LONGI MVCRONIS CVM AVERSIONE CONTRA MVTATORIVM CANCELLATVM



QVVM prope ad hoſtem acceſseris haſtã athleticè gubernando dextrũ pedẽ intropones, haſta terræ ſit proclinata anterius, manũ dextrã eius medietati applicabis, ſiniſtra uero iuxta mucronẽ poſteriorẽ ſupra coxã ſiniſtram locabis. Sin aut aduerſarius contra te in habitu cancellati mutatorij dextrũ pedẽ prepones conſtiterit, mucrone ſublato longiori, atq; inſequutus ſiniſtro, uiſũ eius impulſu appetito. eũ ſi hoſtis eluſerit, dextro conſequutus, mucronẽ poſteriorẽ uerſus facie aduerſarij uel pectus diriges. Quũ uero is gemino impetu contra te fuerit uſus tuo exemplo prouocatus, haſta ſublata mucrone anteriori auertes ipſius impulſũ. Inſuper pede ſiniſtro inſequutus, ex mutatorio cancellato mucronẽ poſteriorẽ eius vultui impelles. Verũ ſi hoſtis tuũ impulſu auerterit ſe acriter defendendo, quantũ poteris, latus eius ſiniſtrum inflectendo dupliciter adpetes. Sin uero tibi eo pacto inſtiterit aduerſarius, haſta media eius impetũ auertes, inſequutus confeſtim ſiniſtro, mucronẽ poſteriorẽ uerſus latus aduerſarij ſiniſtrũ conijcito, verũ ex eo habitu pedẽ ſiniſtrũ reducito, et caput eius aioſe mucrone anteriori quaſſato, hoc itaq; perfecto ab hoſte recedes.

DVO SVPERNI IMPVLSVS CONTRA PECTVS FORMATI DE LATERE VTRIVSQVE SINISTRO.



IN eũ habitũ hoc modo te compones, contra hoſtẽ pede ſiniſtro procede, et haſtã de latere tuo dextro uerſus pectus ex parte eiuſdem ſiniſtra inter eius brachium utrũq; injcito. Sin aũt is uiciſſim contra te conſtiterit in habitu impulſus ſuperni de latere ſuo lœuo, pedem ſiniſtrũ prę-ponens, pectusq; tuũ eodem modo aggrediturꝫ tũ ab haſta tua manũ ſiniſtrã remouebis, et haſtã aduerſarij iuxta mucronẽ eadem apprehende, mucronẽ haſtę tuæ manu dextra inflectes ſub eius axillam ſiniſtrã, contra aduerſariũ pede dextro procedes, et brachijs cancellatis ſi in latus dextrũ deflexeris haſta utraq; correpta, ita eũ concludes, ut prorſus nihil aduerſus te poſſit moliri. Verũ ſi te eadem ratione circũdederit, haſtã abjcere memineris, pedem ſiniſtrũ exterius aduerſarij dextro poſtpones, manu dextra eius poplitẽ dextrũ arripe, manu uero ſiniſtrã ſub ipius axillã dextram circũ corpus hoſtis regendo applicabis, atq; eo modo eum proſternes abſq; tui corporis detrimento.

PROSTRATVS QVA RATIONE SIT RETINEND⁹.



HOC modo te accomodabis, cotra aduersariu ex ictu qui ab auribus utrisq; uibratur, fe-
rias, atq; si propius accesseris, pede sinistru si pfixeris, mucroe anteriori uisu aduersary appetito. Sin aut
ide cotra te usurparit hostis, si et tu hasta athletice regeda cotrà accedas, tu eius impetu inflexioe ex lo-
co hastæ anteriori auertes, et pede dextro uersus hostē procedito, necno mucrone logiori pectus eius ad-
greditor. Ceteru si is eode modo fuerit te aggressus, prope ad aduersariu accede, atq; impulsu ipsius,
hastæ medietate intra manu tua utraq; eludito. Interim uero hastā supra caput reiciendo retrorsu habi-
tu corporis in libra te adaptabis, ilia aduersary manu utraq; circudabis, et hostē uersu te couertes, cuq;
leuaris eu sursu, ifirmus ad rebelladu factus est, Veru ex eo habitu prosternito hostē, et si fuerit prostra-
tus, tu genu dextru, ipius pudendis intra eius pede utruq; applicabis, sinistro aduersarij sub dextru de-
uenies, et eius manu utraq; ut guttur adprehendes, et si fortiter undiq; deorsu depresseris, eu facile capti-
uu retinebis. Sin aut id ab aduersario tibi cotigerit, diligeter in primis curabis, ne manus tuę capti-
uetur, Verū celeriter manu altera ita faciem apprehendes, ut pollex mento illius sit suppositus, reli-
qui eiusdem manus digiti, pupillę applicati acriter inhęreat. Porrò altera manu eius pudendis im-
pellito forti impetu, pede, qui liberior fuerit, exere, sed celerrimè reducto, plurimu offendes eius pude-
da ex eo habitu, atq; his tribus habitibus aduersarium repelles.

INDEX EORVM TITV-
lorum, qui habitus hastę breuioris complectuntur.

A

Auersionis habitus contra duplicem ictum medium. Folio. 5.

Auersiones duę de latere vtroq;. folio. 8.

B

Brachy debilitandi Impulsus contra Impulsum quo pudenda adpetuntur. 14.

C

Collisiones hastarum inferiores duę de latere dextro. Folio. 4.

Collisiones hastarum primę duę Infe-riores de latere sinistro. Folio. 2.

Contactus hastarum secundi super-ni de latere sinistro. Fol: 3.

Contactus primi duo superni ex pri-mo conoresu de latere dextro. folio. 1.

Conuersus ictus contra Auersionem. 13.

I

Irruptiones duę, vnde habitus hostis prosternendi formatur. Folio. 10.

L

Libra ex propugnaculo contra Im-pulsum Impetuosum. Fol: 15.

M

Mucro longus contra primam hastarum Collisionem. Folio. 12.

Mucronis habitus cum Auersione contra Mutatorium cancellatum. folio. 16.

N

Nuditates supernas contra, duo Impulsas. 11.

P

Pectus contra duo superni Impulsus de latere vtriusq; sinistro. Fol: 17.

Propugnaculum seu Castrum dextrum et sinistrum. Fol: 6.

Propugnaculum ex Libra contra Impul„ sum Impetuosum. Folio. 15.

Prostratus qua ratione retinendus sit. 18.

R


Retinendus qua ratione sit prostratus. 18.

V

Visus quo adpetitur impulsus contra Inferam Auersionem per hastę Mucro„ nem Vtrunq;. Folio. 7.

Visus quo adpetitur habitus contra formam Auersionis. Fol: 9.





IIII



RATIO ENSIS EXTORQVENDI ADIECTO HABITV HOSTIS PROSTERNENDI.



QVVM dexter pes tuus ſit in acceſsu prepoſitus, tum citra moram ſiniſtro ad hoſtem progreditor pede, eundemq; retro ipſius dextrum collo-ces, atq; acie longa caput aduerſarij ſaucies. Verum poſt remota ſiniſtra ex capulo enſis tui, eam medio enſi adplices, et inde aciem enſis breuem ſiniſtro ipius colli lateri adÿcias. Sin uero pedem dextrũ contra ipſum prepones conſtiteris, et is ſimili ratione aciem breue uerſus te torſerit, tum crucem et enſis Clypeum, quæ eſt pars latior enſis iuxta crucem, Sed paulo inferior, axillę hoſtis ſupponito, inde ſi ſurſum tollas, tor-quendi ratione hoſti adimes, poſtea uero ſiniſtra manu inuerſa enſis hoſtilis nodum corripito, ſurſum ſi torſeris, enſis è manibus eius ex-cidet, ſimul etiam ipſum proſternere licebit.

PRIMI DVO LANCEARVM CONTACTVS DE



HVNC in modum te compones lancea athleticè gubernanda, ex latere ſiniſ
latere dextro porrectè extendes, manum uero ſiniſtram in latere ſiniſtro, lanceæ tuæ app
ctione adpetito. Sin autem is idem contra te fuerit molitus ſiniſtrum pedem præponent
ta pedem dextrum, mucronem alterum, impulſum hoſtilem auertes parte anteriori lan
dextro in latus ipius dextrũ aggreditor. Verum ſi ſe defendendo eum impulſum auerterit, lan
dextram ſupra caput tuum ex ea leuabis, ſubito autem dextram tenentem lanceam lateri dextr
ſarij ſiniſtrum contra eius faciem lanceam impellito. Ceterum ſi hoſtis eo modo te aggreſſus e
firmum, idest rurſus lanceam in uiſum hoſtis porrigas, atq; animaduertas, num fortiter uel min
eam in faciem aduerſarij ex eius latere dextro propellito. Porrò id ſi hoſtis auerterit, dextro retrorſum
tuum in tui defenſione tuta, ab aduerſario recedes.

LATERE SINISTRO CVM LOCO EAR FORTIORI ET INFIRMIORI



ro eam continebis, pedem ſiniſtrũ prępones, lanceæ mucronem poſteriorem manu dextra de
icabis, ſi itaq; te adaptaris, intrõ procedes, pedemq; dextrum prefigito, et faciem aduerſarij pun-
m, atq; iuxta genu ſiniſtrum, lancea tuam manu ſiniſtra contineas, nec non manu dextra iux-
eæ. Interim uero circumuoluẽdo haſtam rotabis, et conſequutus dextro, pectus hoſtis de latere
eæ partem anteriorem terræ inclinato, pede dextro recedes, lancea tua ante faciem ſit directa, manuq;
applicabis, verum dextro ſi rurſus intrõ contra aduerſarium proceſſeris de latere dextro uerſus aduer-
, inflectendo id auertes, atq; dextrum pedem reducas, ſurſum lanceam ſi uibraris, concede in locum
s reſiſtat, in latus dextrum, et lanceam rurſus arripito in parte anteriori, dextro itaq; pede inſequutus,
concedas, interimq; lanceæ partem anteriorem, terræ inclinabis, atq; ſurſum ea ſublata ſupra caput

APPOSITIONIS HABITVS VNDE STERNENDI HOSTIS RATIO FORMATVR.

2



Si, in accedendo contra aduersarium sinistrũ pedem prefixeris, dextro confestim insequutus, interne aduersarij sinistro pedi ppinquo eundem, atq; inde acie longa prmissa latus hostilis capitis sinistrum ferias. Sed si is pari ratione te fuerit adgressus superne sinistrũ prponentem, tu uicissim ipsius ictui obuia ferias, sinistrum itidem latus capitis adpetens, aciem longa premittendo, atq; ea ratione ictum hostilem in latus tuũ sinistrũ auertas, et post de latere eius dextro uersus sinistrũ ferias eo tamen modo, ut acies tui ensis breuis, hostili gladio prope capulum iungatur: Verũ inde sinistra manu de ensis nodulo remota, eadem ensem tuum iuxta mucronem corripias manu inuersa, atq; collo eius in latere sinistro adponas, Si itaq; sinistrorsum conuulseris, per sinistrũ pedem tuũ sterneve ipm aduersarium poteris. Sin aut idem is fuerit conatus, remota de capulo ensis tui dextra confesti, eande cubito eius sinistro adplices, post si fortiter eũ propuleris, pedeq; dextrũ, hostis sinistri pedis popliti iniecceris, uersum te adtrahas inferne, et superne abs te propuleris, hostis supinus concidet.

STERNENDI MODVS PER ENSEM.



SI in congressu ad hostē dextro pede imitens constiteris, insequutus sinistro, partem capitis hostilis sinistra ferias. Verū si aduersarius in accessu contra te sinistro pede processerit, necnon ictū tuū auerterit, tu sinistra ex capulo remoueas manū, atq; ea medio ensi adplices, inde collo ex parte sinistra eū adiūgito, et in dextrū latus tuū conuellito. Sin aūt idem aduersus te usurparit pari ratioe hostis, confestim ense abiecto, dextra tua cubito ipius lœuo externè adjacias, atq; ea ratioe abstr repellas. Sed si is eodem modo appositionis habitū uicissim fregerit, tu de capulo dextra semota, poplitem hostis sinistrū eadē corripias, atq; sursū subleues. Verū si aduersarius tr consimili habitu corripuerit, et prosternere fuerit molitus, tu manu lœua, aduersarij dextra captabis, eoq; habitu supprimas, et ea ratioe impetū hostilem auerteris, inde pede sinistrū, ipsius pedis itidem sinistri popliti injcias, et eo habitu attrahas, sinistraq; ipius aduersarij dextra pari modo attrahas, sed dextra tua pro uiribus eum si repueris, supinum hostem sternes.

LANCEÆ LOCVS FIRMVS ET I



QVVM *ad hostem lancea rite gubernanda peruueneris, dextro pede ad eum intrò co*
habitu pede sinistro si ad hostem intrò processeris, collum eius, lanceæ impetu appetes. V
genu dextro applicata, et manus sinistra lanceam continens supra pedem sinistrū colloca
de latere dextro tuo, atq; subito dextro pede intrò si processeris, uisum eius adgreditor. Sin
terim uero dextro pede consequutus, lanceam eleuando in statum liberum, Status is est, si
impetu adgreditor. Et si ex eodem habitu hostis te adgreditur, sinistrum referto, et exci
sursum ex mutatorio lanceam inflectes uersus latus dextrum, rursumq; dextrum intropon
ris rursus locum hostis uisus prescriptum appetes, interea autem, locum lanceæ anterior
ex tuta tui defensione continebis. Ceterum, si aduersarius contra te gemino impulsu lanceæ
stro pede, pectusq; eius fueris adgressus lanceæ impulsu, tuto ab aduersario recedere curabis.

NFIRMVS EX PRIMO CONTACTV



cedas, uersumq; faciem eius lancea directa sit, manus sinistra supra pedem sinistrum constituatur, eoq;
um si aduersarius te ex eodem habitu fuerit aggressus dextrum pedem prefigentem, manus tua dextra
, te itaq; composito secundum descriptionem modò factam, lanceæ parte anteriori eius impulsum eludito
utem hostis tuum impulsum auerterit, circumrotando hastam inferne, pectus impulsu appetito, in-
anceam tenueris iuxta latus uel dextrum uel sinistrum capitis coaptabis, et uisum aduersarij lanceæ
to ipm mutatorio cancellato uersus latus tuum sinistrum, curabisq; ut etiam dextrum reducas, et
pedem, atq; fortiter eius uisum affliges. Sed si hostis tuum conatum fecerit irritum, lanceam si retraxe-
n deorsum demittes, dextrum uero brachium sursum supra caput tolles, et lanceam ante faciem tuam
erit usus, tum eius impetum auertere haud dubites intra manu tuam utranq;, insequutus autem smi-

PROSTRATVS QVA RATIONE SIT RE" TINENDVS.

4



CVM erectus luctando uersus hostem procedis brachijs cancellatis in forpicis habitu, tu sinistrū pedem contra ipm colloces, nec no ex forpice manu sinistra cor" pus hostis supernè circundes, et dextra inuersa pedem ipius sinistrū internè corri" pias, inde si sursum leuaris, supernè aut sinistrorsu represseris, eu per coxa sinistra prosternes. Cum igitur ipsum prostraueris, tum dextrū pedē, utrisq aduersarij pe" dibus inseras iuxta pubem, pòst sinistro genículo musculum brachij hostis dextri ur" geas, et dextra tua corripias musculū brachij sinistri, ea itaq ratioe captiuū hostē retinebis, ne resurgere possit, item fiet, ne te ullo modo adgredi queat, inde autem pugione, quem sinistra contines, bucula ipius uel uisum punges, uel luto, aut ha" rena faciem eius consperqere poteris, atq cum ipo pro tuo arbitrio agere.

MVCRONIS HABITVS CONTRA CORONAM.



HOC modo in eũ habitũ te accomodes in congreſsu, intrò procedas dextro pede, atq; acinacis mucronẽ ex alto ultra brachium ipius hoſtis utrũq; regendo in faciem infigas. Si uero ad hoſtem ſiniſtro digladiando proceſseris, nec nõ et is facie tuam pungere ſit conatus, tũ in coronę habitu ſurſum tendas mucronem, ita tn, ut manus ſiniſtra iuxta mucronem conſiſtat, atq; punctionem hoſtilem ea ratioe in latus dextrum tuũ auertas, Poſt manũ ſiniſtra ex corona remota, uiſum ipius de latere tuo dextro adpetas. Verum ſi is pari ratione te fuerit adgreſsus, tũ aciem longa ictui hoſtili obijcias, et ſiniſtrorſũ ipius impetũ auertas, inde aũt reiecto loco infirmiori, intro procedas dextro, atq; brachiũ dextrũ ſi vulneraueris, recedas licebit.

DEXTRA ET SINI



IN custodiam dextram apertam hoc modo te accommodabis, dextrum pedem præpones, par
iuxta genu dextrum, simulq; intrò procedes pede sinistro, mucronem anteriorem tolles sursum, at
tua sinistra lanceæ iuxta genu sinistrum applicata, dextra uero iuxta mucronem posteriorem posi
retrorsum reducas. Interea autem rursus inflectes sursum in habitu liberi status tibijs paribus, i
pulsu aggreditor. Et si eum conatum auerterit hostis, dextro insequitor, pectus ex latere eius sini
riori, de tuo latere sinistro uersum latus tuum dextrum, subito autem pede dextro consequutus,
sursum supra caput lancea sublata, eius faciem impulsu oblidito. Quum uero is duplici impulsu
latere sinistro, uersus eius dextrum, impellito in eius uisum uel pectus: atq; dextro mox insequu
tam conuerte in latus tuũ dextrũ ita, ut pes dexter in ipsa conuersione retrorsum uertatur, atq; ea ra

STRA CVSTODIA APERTA.

3



lanceæ anterior terræ sit proclinata, manus sinistra iuxta mucronem posteriorem collocata, dextra uero
uisum aduersarij appetito. Si uero is eadem contra te molitus fuerit præponentem pedem sinistrũ, manusq
, tum aduersarij impulsum ex custodia aperta in custodiam cancellatam auertes, atq; pedem sinistrum
ut lancea cubito tuo sinistro recumbat, insequutus subito pede sinistro, uisum hostis animose im
ro appetito. Verum si eadem ratione te is adgreditur, tum ipius impulsum mucrone lanceæ tuæ ante
udenda aduersarij impulsu appetes. Hoste conatum tuum irritum facere conante, sinistro consequitor,
uerit usus, eum mucrone anteriori excipies, confestim autem circumuoluendo lanceam de aduersarij
s fortiter et longè lanceam uersus aduersarium propellere poteris, et ex eo habitu te in custodiã aper
ione rursum recedito ab aduersario in tuta tamen tui defensione.

HABITVS EXTORQVENDI ACINACIS,

6




IN congreſsu hoc modo te ꝑpares aduerſus hoſtem, cũ is contra te dextrũ pedem prępoſuerit, atq; in Arcus habitu conſiſtat, tu aũt uicisſim dextro contra ipſum imiteris, tum manu ſiniſtra acinace eius prope mucronẽ corripito, eaq; ratioe ſiniſtrorſum torqueas: inde ſiniſtro prede introoreſsus, actẽ longa prẽmittendo caput aduerſarij ferias. Sin aũtem tuũ acinace is corripue-rit pari ratione, atq; ſuprrnẽ contra te feriat, tũ ſiniſtra manu, dextræ opẽm laturus acinaci iuxta capulũ adiungito, eiq; ex eius manu ſiniſtra euellas, inde aũt in ipa tui defenſione pede ſiniſtro in triangulũ in latus ipius hoſtis dextrũ concedas, atq; celeriter brachiũ eius dextrũ ferias.

STERNENDI RATIO PER ACINACEM.



CVM digladiando prope ad inuicem conceſſiſtis, et mutuo acinaces contigiſtis, tu dextrū prēponas, atq; acinacis tui capulū ſuper dextrū eius brachiū torqueas: id itaq; ſi perfeceris, quantum poteris celeriter pedem ſiniſtrū, hoſtis dextro poſtponas, mucronē tui acinacis circū collum eius dirigens, et manu ſiniſtra mucronē adprehendas, inde ſi citra morā, et fortiter attraxeris, aduerſariū per ſiniſtrum pedem ſupinum proſternes.

STATVS LIBERI HABITVS



QVVM *ad hostem lancea more athletico quassata peruenerís, hunc in modum te in*
supra brachium sinistrum lancea contra aduersarium promineat, manus uero dextra mu
Verum si is eodem modo te aggressus fuerit in mutatorio cancellato consistentem, atq; co
ipius eludes, auersa itaq; hostis lancea, deflectes in latus tuum dextrum, Verum in ipa
sum auerterit, sinistro consequitor, et circumuoluendo de latere tuo dextro uersus hostis
ceæ anteriori excipere eius impetum non dubites, interim uero insequut? pede sinistro,
sinistrum lancea circumuoluta infernè locum eundem appetes. Verù si is dupliciter ea
statim uero dextro consequitor pede, et si uisum eius adgressus sis, dextrum pedem redu
ante faciem tuã consistat curabis. Verù si contigerit ut aduersarius instando se sequatur,

CONTRA CVSTODIAM CANCELLATAM.



abitum liberi ſtatus accommodabis, erectus corporis habitu conſiſtas ita, ut latus ſiniſtrũ ſit porrectius,
roni poſteriori ſit applicata, inſequutus confeſtim pede dextro, pro uiribus lanceam corpori hoſtis injcito.
ra aduerſarium pedem dextrum preponentem, dextrum reducere memineris retrorſum, et impulſum
uerſione ſi dextro pede fueris conſequutus, uiſum aduerſarij impulſu ſauciato. Sin autem is tuum impul-
niſtrum haſtam pectori eius infigito. Cæterum ſi aduerſarius idem contra te moliatur, mucrone lan-
ctus hoſtis pungendo quaſſabis: Sed ſi is eum impulſum exceperit, tum de latere dextro uerſus eius
m ratione te fuerit adgreſſus, ſiniſtrũ pedem preponentem, eum impetum parte priori lanceæ auertes,
s, terræ lanceam proclinabis de parte anteriori, atq; ſupra caput tuũ manu dextra ſublata, lancea
m longè, quantum poteris lancea contra eũ propellito, et retrorſum deflectes in tui tuta defenſione.

SVPERNA APPOSITIO ADDITO STER⁹ NENDI HABITV ⁊

8



Hoc modo te ꝑparabis in congreſsu mutuo, dextro pede ad hoſtē procedito, atq; caput eius acie longa ſauciato. Verum ſi is idē uſurparit, te dextrū ꝓponente, tū acinacem ictui eius obijcias, atq; ſiniſtrorſum impetū hoſtilem auertas, nec nō fortiter propellas, inde autem aciem longa acinacis tui, aduerſarij acinaci ſuperinijcias, et acinacem tuum collo ipius adplices, ita tamen ut manū utraq; eū contineas, pōſt pedem ſiniſtrū, hoſtis dextro inijcias, fortiterq; adtrahas, ſed ſupernè totis animi uiribus propellas, et urgeas collum aduerſarij, tuo acinace, et eo impetu ſupinum proſternes.

SVPERNÆ ET INFERNÆ IMPOSITIONIS EFFI-GIES.

9



Si in mutuo congressu sinistro pede fueris contra hostem progressus, et acinacem subleuaris in superni ictus habitu, tum dextro consequutus, de superne brachium eius dextru extrinsecus uulneres. Sin autem is idem fuerit contra te molitus in habitu ictus inferni consistentem, dextro tu intro concedas, atq; ab inferne confestim brachium dextru externe ferias. Si igitur inferne ipi adposueris, inferne acinace retrahas, et superne caput eius, acie acinacis longa ferias. Veru si is pari ratione te fuerit aggressus, tu acinacem tuum eius ictui obycias, et dextrorsum hostilem impetu auertas, post dextro prosilias in latus aduersarij dextru in triangulum, necnon mucrone contra uisum ipius torqueas, atq; ab eo feriundo recedas.

CONTACTVS HASTARVM DE MEDIO. CONT



IN eum habitum hoc modo te compones, ſiniſtru pedem præpones, manu utranq; lan
forma per manus lancea uerſum hoſtis pectus impellito. Verum ſi eodem habitu is fuerit uſ
tor, lancea uerſus latus tuum ſiniſtru inflectito, atq; ex ea forma uiſum aduerſarij figito. Sin a
te lancea propellendo, tum te in cancellatu mutatorium in latus tuum dextrum deflectes, et in
dere impulſu lanceæ. Cum uero is gemino impulſu uiciſsim te appetat, parte anteriori lanceæ eu
ipius ſiniſtra impulſu quaſsabis. Excipiente id hoſte, ſiniſtro pede inſequutus pudenda eius
ris, atq; impulſum hoſtis uitabis auertendo in latus tuum ſiniſtru, confeſtim uero rurſus introgre
ſtra celeriter ſublata, et directa uerſus ipius uiſum, in tuta tui corporis defenſione retrorſum co

RA IMPVLSVM QVO VISVS HOSTIS ADPETITVR.

5



æ medietati applicabis, ſiniſtra tamen anterior ſit, dextra iuxta ſiniſtrum pedem poſita, atq; ex ea
; contra te, in impulſu, quo uiſus lęditur, conſiſtentem, ſiniſtrũq; pedem præfigentem, dextro conſequi-
tem is auertere conatus eſt, pedem dextrũ referto, Sed ſi tibi aduerſarius inſequendo inſtiterit contra
ulſum ipius eludes, Verum rurſus dextro contra eũ intrò ſi proceſſeris, pectus ſeu uiſum hoſtis adore-
repelles, interimq; circumuoluendo lanceã de latere tuo dextro uerſum aduerſarij ſiniſtrũ, axillã
ito. Cum uero ipe eodem modo fuerit contra te uſus dextrũ præponente pedem, eũ retrahere memine-
itor, et præfixum hoſtis pedem lanceæ mucrone appetito. Volente autem eo impetu hunc eludere, ha-
cedes.

DVO ICTVS SVPERNI PVGIONIBVS EX-CIPIENDI.

10



EA ratione te ad habitum istum accomodes, in mutuo congressu, dextro pede intrò concedas, atq; aciem longa prẹmittendo caput hostis ferias. Et si is superne te ferire conetur, sinistrum pedem preponentem, tu pugionem, ipsius acinaci obycias, atq; impetum hostilem pugionis munimento excipias, sed inde uicissim acinacem capiti eius superne infligito. Sin autem eodem aduersarius habitu utatur, leuato pugione, et acinaci hostili obiecto, impetum cruce pugionis excipias. Post ipsius acinacem tuo pugione manu sinistra conuersa retrorsum torqueas, et tui acinacis mucronem contra uisum ipius, inde autem feriundo recedas.

PVNCTIO SVPERNA CONTRA ICTVM SVPERNVM PVGIONE EXCIPIENDA.

11



AD hunc congreſsu ad hoſtem hoc modo te adaptes, dextro pede ad eum concedas, atq caput ipius actè longa adpetas. Verum ſi is eadē contra te fuerit molitus ſiniſtrū pponentem, tum in tui defenſionē pugionem attollas tuū, et ſimiſtrorſum hoſtilem impetum auertas: inde autē dextro ſubſequutus enſem Hiſpanū uultui eius impingito de ſuperne. Sin autem idem contra te uſurpet, tū ab interne pugionem, hoſtis Hiſpano enſi obȳcito medio, necnon ſiniſtrorſum crucem torqueas. hac igitur ratioe aduerſarium intercludes, ſimulatq punctioem ipſius auferes, pòst educto enſe Hiſpano celeriter uiſum hoſtis ſeu pectus pungas.

IMPVLSVS PER QVEM VISVS ADPETITVR



QVVM lancea athleticè regenda ad hoſtem peruenerıs, intrò concedes pede ſiniſtr
ſi is te eodem modo adgreditur contra eũ pede ſiniſtro conſiſtentẽ, mucrone anteriori e
referto, et impetũ eius parte anteriori lanceæ repelles, rurſus aut ſiniſtrũ intrò ſi dire
eius lancea inflectes ſurſum tuã contra hoſtis uiſum. Sin uero ipe uſus fuerit impulſu
lanceæ mucrone quaſsabis. Sed ſi eũ impulſum aiaduerterit, eluſeritq, lancea circum
contra te fuerit molitus ꝓponentem pedem ſiniſtrũ, tũ parte lanceæ anteriori ex latere
rij dextro pectus fodito: Excipiente id hoſte dextrũ reducas pedem, et te in habitũ forti
itaq forma cũ aduerſario certabis alia ex alia nuditatẽ quęrendo, tũ ſuperne tũ inferne,
cea ſupra caput tuũ, eius impetũ auertes, interea aũt uiſum eius adgreditor, atq ab eo

CONTRA EVM. QVO PVDENDA APPETVNTVR.

6



, atq; de latere tuo ſiniſtro uerſum latus eius dextrũ uiſum aduerſarij lanceæ mucrone oblidito. Verum
rofliges, Verũ interea eius pudenda adgrediêris. Sed ſi hoſtis idem contra te uſurparit, pedem ſiniſtrũ
eris pedem, pectus adgreditor lanceæ mucrone. Cęterũ ſi is defendendo ſe impulſum repulerit, recta ab
nino, tũ lanceæ medio auertere nõ dubites, interea aũt pede dextro conſequutus, uiciſsim eius uiſum
oluta, pede ſiniſtro conſequitor, et lanceæ mucrone latus aduerſarij dextrũ tundito. Cęterũ, ſi is idem
o dextro auertes hoſtis impetũ, in ipa uero auerſione pede dextro intrò procedes, atq; de latere aduerſa
dinis componas lancea, ideſt contra faciẽ aduerſarij lanceã porrigas, ſentiasq; nũ fortitrr eã teneat. ex ea
bicuq; nudus repertus fuerit. Sin autẽ tuas nuditates ratione eadem conquiſierit hoſtis, ſublata lan
cedito, id autem ut tutò fiat curabis.

PVNCTIONES EX ENSE HISPANO ET PVGIONE.

12



QVVM rite hoc habitu uti uoles, hac ſubſequenti ratione te accommodes, ſi ſiniſtrum pedem contra hoſtem prępoſueris, atq; is pectus enſe Hiſpano adpetierit, tu punctione hoſtilem quamprimũ remoueas enſe itidem Hiſpano dẽ latere ſiniſtro tuo, in latus ipius aduerſarij dextrũ: pòſt dextro adeum procedas pede, atq; pudenda hoſtis pugione pungere coneris. Sed ſi is pari ratione te tentarit, tum cruce pugionis tui, pugioni hoſtili ſuperimponas, inde cũ abs te dextrorſum ſuppreſſeris, impetũ aduerſarij repellas, interea retracto uerſum te enſe Hiſpano ſupernè, celeriter uiſum eius pungito. Verũ ſi is pari modo te fuerit adgreſſus, tunc enſem tuũ Hiſpanũ, ſupra hoſtis enſem itidem Hiſpanũ torqueas dextrorſum, et eius punctionẽ hac ratioe repellas, inde proſilias in triangulum in hoſtis latus dextrum, atq; enſe Hiſpano pectus uel uiſum aduerſarij fodias.

SVPERNA ET INFERNA PVNCTIO.



IN eum habitum hac ratione te accomodes neceſse erit, ſiniſtrū pedem præponas, et pugione uiſui hoſtis uel pectori infigas. At ſi is te pari conditione adgreditur, et tu in congreſsu ſiniſtrū intro collocaris, ſublato ſcuto orbiculari manu ſimſtra, atq; ſiniſtrorſum punctione ex pugione aduerſarij factam repellas, inde dextro ad hoſtem concedas, necnon de ſuperne enſe hiſpano, ipſius aduerſarij uiſum uel pectus fodias. Verū ſi pari ratione te pungere molitur, tum enſe tuo hiſpano ab inferne ſurſum directo, eu. hoſtis enſi hiſpano adiungas medio, et ſiniſtrorſum hoſtilem uim remoueas, poſt celeriter iniecto enſe tuo hiſpano ſupra Clypeū ipius orbiculare, uiſum adpetas. Sin aut is eundem contra te habitum uſurparit, impetū eu ſiniſtrorſum ſcuto orbiculari remoueas, inde enſem hiſpanū tuū ſi retraxeris ſuperne, pube eius haurias. Verū ſi is ſimili ratioe te adgreditur, pugioe id repellas, in ſi celeriter caput eius quaſsaris, recedere licebit.

HABITVS MVTATORII SIMPLICIS CONT



SIC te in ſimplice mutatoriũ componas, ſiniſtrũ pedem prefiges, mucro lanceæ terra
prope mucrone poſteriore conſtituatur, atq; ex eo habitu pede dextro conſequutus, latus aduc
pedem præfigente, et manu utraq; prope pectus lancea continente de latere dextro, pede dext
mediam uerſus eius uiſu impellito, hoc itaq; ſi uſus fueris, ois eius conatus irritus fiet. Verũ
perficere, tũc per manũ ſiniſtrã, lancea retrorſũ uoluendo ſi torſeris, rurſũ laborare et cũ adu
tem proximam, ubicũq; nudus apparuerit. Sed ſi id auerterit, ſiniſtro pede inſequutus, pec
cedes in habitũ cacellati mutatorij, lancea in manũ dextrã recipias iuxta mucrone poſteriore
Porrò ſi tuos impulſus eluſerit repellendo, de manu dextra lancea longiſſimè uerſus uiſum hoſ

RA CVSTODIAM DE MEDIA LANCEA.



t inclinatus, manus ſiniſtra iuxta genu ſiniſtrū, lanceā contines, dextra uero iuxta tuū latus dextrū
ārij ſiniſtrū figito. Sed ſi idem contra te moliatur hoſtis, conſiſtentē in cuſtodia medię lanceæ, ſiniſtrumq;
inſequutus, lanceæ medio hoſtis conatū falles auertendo, interea aut ad eū intrò procedas, atq; lanceam
iſtando atq; urgendo te ratioe eadem perſequitur, et tu mucrone anteriori nihil ex hoſtis inſtantia poteris
ſario concertare quibis, atq; uiciſsim ad eū proſilies, et lanceæ mediæ habitu hoſtis aggreditor nudita
s aduerſarij punges. Verū ſi is eodem habitu tuas nuditates conquiſiuerit, tum dupliciter retrorſum re
a longiſsimè poteris, atq; cū hoſte certabis ex loco firmiori et infirmiori alia nuditatē ex alia conquirendo.
torquebis, interea autem retrorſum concedas q; tutiſsimè poteris.

HABITVS INSIGNIS, VBI QVIS PRÆVENTVS FVERIT VSVRPANDVS.

14



CVM preuentus fueris, quacuq; ratione id factum sit, et aduersarius contra te ictus et punctiones exerceat, tuq; pallio tuo tectus, hac ratione utaris, correpto pallio iuxta cucullum sinistra manu, quantu poteris celeriter sinistro brachio circuijcias, eoq; punctionem hostilem excipias, et sinistrorsu eam uim repellas. Inde palliu si uisui eius obieceris, et tenebras oculis ipsius offuderis, pectus seu thorace fodias. Sin aut hostis pari habitu contra te utatur, reducto dextro, acie longa tui ensis hispam, ipius aduersary ensem itidem hispanum supprimas, atq; eo modo punctionem eius repelles, post confestim dextro rursu si ad hostem concesseris, acie ensis tui longa caput ferias.

MANVVM INTORSIO CONTRA PVNCTIO-NEM.

15



SI aduersarius contra te processerit supernâ punctione ingerens uersum te per pugionem, tũc dextrũ pedem tu pponas, atq; punctionem hostilem muni-mento pugionis tui remoueas sinistrorsum, inde pugione reiecto, manu sinistra, aduersarij brachiũ dextrũ iuxta manũ corripias, dextrâ uero manum ante-rius collo eius aduersarij ex latere sinistro adplices, postea pedem sinistrum, popliti hostis pedis dextri mỹcias, ex eo habitu si firmiter attraxeris, supnè autem propuleris totis animi uiribus, supinum hostem prosternes.

IMPVLSVS CONVERSV



Hoc modo, ut in sequentibus manifestabitur, in impulsum conuersu te compone pedem utrũq; prope mucronẽ posteriore sit collocata ita, ut mucro anterior contra aduersariũ sit conuersis manibus, seu mutatis, lancea dextro hostis lateri infigito ex impulsu conuerso. Ceteru parte eius anteriori terræ inclinaris, & mucronẽ posteriore ante faciem sustuleris brachijs dire atq; in latus tuũ dextrũ lancea sursum inflexa, collũ aduersarij impulsu quassabis. Sed si se ab Verũ si is id aduerterit, auerteritq;, insequutus pede sinistro latus eius sinistrũ impulsu lanc hostis impulsus irritus fiet, interea aut pedem dextrũ reducas, et rursũ lancea in latus tuũ de ab aduersario in tuta tui defensione regreditor.

CONTRA HABITVM AVERSIONIS

8



more athletico. Pedem ſiniſtrũ prępones, manus ſiniſtra lanceã continẽs iuxta genu ſiniſtrũ, dextra uero inter
rectus, te itaq; conſiſtente, dextro conſequitor, et quaſi eius latus ſiniſtrũ concutere uelis, te accomodabis, verum
ſi is idem aduerſum te fuerit molitus in auerſionis habitu conſiſtentẽ, pedem ſiniſtrũ prefixeris, lanceamq; de
ſs, tũ ſupernè et infernè de alio latere in aliud eius impetũ auertes: eo igitur repulſo, pede dextro conſequitor,
mpulſu defenderit, lancea circumuoluta de latere tuo dextro uerſum hoſtis ſiniſtrũ, uiſum ipius adgreditor.
adpetito. Sin uero eo habitu contra te ſit uſus dextro innitentẽ, tũ manũ dextra in latus ſiniſtrũ ſi inflexeris,
um, in locũ firmiore accomodabis, atq; rurſus dextro inſequutus, nuditatem ſuperna impulſu ſi tentaris,

EXTORQVENDI PVGIONIS RATIO VNDE LVCTÆ HABITVS FORMATVR.

16



HOC pacto te ad cõmemoratũ habitũ adaptabis, ſiniſtro pede intrò procedas, atq; pugione tuo de ſuperne uiſum uel pectus hoſtis fodias. At ſi is idem uſur" parit contra te ſiniſtrũ pedẽ prẽponentẽ, dextro ſubſequitor, cruce tui pugio" nis, aduerſarij pugiõi obycito, atq; eius impetũ ſiniſtrorſũ remoueas. Sin uero is impetum tuũ pari ratiõe auerterit, tum manũ tua ſiniſtra ſub brachio dextro tuo ſubÿcias, et mucrone aduerſarÿ pugionis corripias, inde ſi firmiter ſuppreſſeris, pugione ſuũ hoſtis tibi concedere cogetur. Cæterũ ſi aduerſa" rius ſimili ratione tuũ pugionem extorſerit, et fodere te conetũr, tu manu ſiniſtra, interne brachio ipius dextro ſuperinÿcias, atq; ſi eo habitu ſubpreſ" ſeris, punctione hoſtile auerteris: inde aũt curabis, ut manu dextra iugu" lum corripias hoſtis. Sed cũ is pari ratione te adgreditur, tũ manu ſiniſtra ſubponas cubito eius dextro, ſi leuaris ſurſum, hoſtile impetũ repulſti, inde dextrũ pedem, aduerſarÿ popliti pedis ſiniſtri inÿcias, atq; firmiter attra" has, ſuperne uero totis animi uiribus repellas, et ſupinus concidet.

LVCIÆ SPECIES. VNDE CONVERSOR PROCEDI



SI utriq; in habitu ſupernaru punctionu eſtis congreſsi adinuicem, atq; mutuo pugiones extorſiſtis ita ut neuter pugione habeat, tu dextro ad hoſtem pede intrò concedas, ſiniſtra manu, eius dextra captes, eam rotando te conuertas ea ratione, ut in rotationis actu, brachium ipſius dextru, in humeru tuu ſiniſtru colloces, inde aut interne dextram pedibus aduerſarij utriſq; traijcias, eo habitu ſi ſuſtuleris, dextruq; brachiu eius protraxeris aſportare ipm poteris, quocuq; uolueris, inſuper et brachium diſrumpas licebit.

SVPERNA INCVRSIO. CONTRA HA



QVVM *ad hoſtem lancea rite gubernanda peruenerís, pedem ſiniſtrũ prępon*
manus ſiniſtra anterior, dextra uero poſt caput ſi collocata fuerit, mucrone anterior
ſiniſtrũ præponenti, atq; pectus tuũ adpetiuerit, ſiniſtrũ reducito, et impulſum intra br
uas ita, ut mucro anterior in manu ſiniſtra conſiſtat, et eundem in uiſum uel pectus h
concedas ita, ut eius mucrone poſteriore manu dextra contineas in latere dextro. Porrò ſi
quutus pectus aduerſarij fodito. Sed ſi impetũ eũ auerterit, protendente te lancea, eamq; ſ
impulſum, ſiniſtro inſequutus, latus ſiniſtrum eius adgreditor, ſimulq; tutò ab hoſte recea

ITVM SVPERNÆ AVERSIONIS.



, media lancea arripe, mucro longior retrorſum propendeat, brachia egregiè in lancea porrecta ſint,
tra brachiu aduerſarij utrūq; pectus pulſabis. Sed ſi is eadem ratione obuiam proceſserit tibi, pedem
hiu tuu utrūq; eludito. Verum ſubitò dextro etiā retrorſum reſilias, et celeriter haſtā per manus reuol-
is infigito. Sin aut is auerterit, et tibi inſtiterit perſequendo, dupliciter circumuoluta lancea retrorſum
ſtis eadem uſurparit contra te, tu lancea porrectim uerſus pudenda eius impellas, atq; dextro pede inſe-
rcumuolueris de latere eius ſiniſtro uerſus dextru, in faciem hoſtis retorqueas. Auertente autem hoſte eu

ALIVS LVCTÆ HABITVS PER PVGIONEM,

18



HOC modo in mutuo congressu contra aduersariu prepares te, intrò pro-
gressus pede sinistro, superna punctione uisum hostis fodias. At si is idem con-
te usurpet, tum sinistrorsum pugionis cruce remoueas uim hostilem, inde manu
sinistra ab inferne brachio dextro tuo traiecta, mucrone pugionis hostilis adpre-
hendas, ex eo habitu deorsum torqueas, et tibi eu concedet hostis. Veru si is
pari ratione tuu pugionem extorserit, sinistra manu, interne brachiu ipsius
dextru iuxta manum corripito, deinde capite nonnihil demisso ita, ut brachiu
eius dextru, sinistro humero tuo adplices, post manu dextra pedibus utrisq
aduersarij iuxta pubem trajcias, Si igitur ex ea forma pro uiribus sustuleris,
brachiuq protraxeris deprimendo, sternas hostem seu asportes licebit.

CONVERTENDI HABITVS ADDITA STER-
NENDI RATIONE.



AD habitū modò cōmemoratū hoc modo te accōmodes, mitrò pro-
greſsus dextro, uiſum aduerſarij uel pectus punctione ſuperna fodias.
Sin uero is idem contra te molitur, tu ipius pugioni, tui obijcias cruce
pugionis, atq; ea ratioe punctionē hoſtile remoueas, inde extorqueas
ab inferniè pugione ē manibus. Cum igitur eū extorſeris, tum ſiniſtra
manu inuerſa, brachiū ipius aduerſarij itidem ſiniſtrū interne corri-
pias prope manū, inde ſi te conuerteris ita, ut ſiniſtrū eius brachium
in humerū tuū dextrum protrahas, et pugione tuo quē dextra conti-
nes retrorſum pudenda hoſtis pungas. Quod ſi is eundem habitū contra
te moliatur, tu manū dextram, brachio aduerſarij dextro prope manū
ſuperijcias, uerſum te adtrahas fortiter, atq; brachio ſiniſtro tuo, qd
ante adprehenderat, totis animi uiribus ſiniſtrorſum propellas, et
ſupinum per pedem ſiniſtrū hoſtem proſtraueris.

INFERNA INCVRSIO CON



IN congreſsu contra hoſtem hac ratione te compones, ſi prope acceſſeris, partem lancea
titer uel infirmiter lancea contineat, ſi minus fortiter reſtiterit, tu uoluendo lancea per manu
bitu aduerſum te fuerit uſus, ſiniſtrum pedem præfigentem, manuq; ſiniſtra iuxta genu loeuu
impulſum ipius intra tua manu utranq; uerſus latus tuu dextrum auertere non dubitabis,
per manus lancea retrorſum ſi retorſeris ad æquales certaminis labores ex eo habitu uenire
ſtro uerſus dextru, uiſum ipius pulſabis impulſus impetu. Aduerſario aut ſimili contra te ha
lanceæ mucrone de latere eius dextro anteriorem contra hoſtis uiſum contorqueas, atq; in tu



eius anteriorem tua contingas lancea, pedem preponens siniſtrũ. Verũ in ipſo contactu obſeruabis, niu for"
retrorſum celeriter, introgreditor contra hoſtem dextro pede, et collũ impulſu appetas. Sin uero is eodem ha"
ppoſueris, poſteriore uero mucrone iuxta pedem dextrum, intro ad hoſtem pede pnomiato concedas, et
terea autem dextrũ pedem reducito, atq; lanceam in dextrũ latus deflectes: Verũ in ipo deflexiois motu
poteris mucrone anteriori porrecto, et interea lancea ab eius lancea ſi circumuolueris de hoſtis latere ſini"
itu utente, mucrone anteriori eũ repellere memineris uerſus tuũ latus dextrũ, ſed dextro pede reducto,
a tui corporis defenſione ab eo recedas

ALIA STERNENDI EFFIGIES



IN eum habitũ hac ratioe te adaptes in mutuo congreſſu, intrò procedas ad hoſtem dextrũ prẽponens, et ſuperna punctione uiſum hoſtis uel pectus ſaucies. Quòd ſi aduerſarius idem molitur de ſuperne, te in habitu itidem ſuperne punctionis conſiſtente contra hoſtem, tum ſiniſtrorſum pugionis munimento repellas uim hoſtilem. Inde manu ſiniſtra ab inferne brachiũ ipius dextrũ corripias prope manũ. Sin uero ſimſtra manu aduerſarius uiciſsim & tuam dextram adprehendere molitur, abiecto pugioe tuo, dextra manu tua, ſiniſtra hoſtis torripias, pòſt prono corpore te in libra dabis deorſum, atq; uentre ſiniſtro pede tuo impellas aduerſarỹ, pòſt quaſi ſupinus concidere uelis, ſimulato, uerũ in ipo caſu ope feras dextro pede, ſiniſtro, et ea ratioe fiet, ut per pedem utriq; ſupinũ precipites.

CVSTODIA CANCELLATA CONTRA IN" FERNAM.

21



AD hũc habitũ ea ratiõe te accõmodato, uersus hostem ſiniſtrum pedem præponas, atq; ex inferna cuſtodia ſurſum punctiõe directa uiſu aduerſarij fodias. Quòd ſi is idem uſurparit, te in cuſtodia cancellata conſiſtente, dextrũq; preponente pedem contra hoſtem, tum ſiniſtrum intrò colloces, Verum in ipo paſsu, ictui ipius obuia ferias deſuperne, poſt ſi ſuppreſseris, punctionem hoſtilem auertes. Sin aũt idem is molitur, tũ lamina tuę bipennis, hoſtis bipenne retorqueas, de latere tuo ſiniſtro, uer" ſus aduerſarij latus itidem ſiniſtrũ, et ea ratione intercludes hoſtẽ, inde arrepta bipenne, uiſũ ipius uel pectus adpetas. Sed ſi is pari ratione te adgreditur fodiendo, tu ſiniſtrorſum impetũ hoſtilẽ, lamina tuę bipennis auertas, poſtea lamina capiti eius infligas, atq; gemino paſsu ab ipo recedas.

AVERSIO CONTRA IMPVLSVM LIBERV
AM CONTRA VIS



IN hunc ſtatum hac ratione te accomodabis, pedem ſiniſtrũ præpones, lancea ſupra capu
et mucro anterior terræ ſit proclinatus. Et ſi eueniat, ut aduerſarius ex habitu eo, quo lanceam
tũ eius de dextro et ſiniſtro latere repellas: atq; lancea inflectendo de latere tuo dextro uerſus h
aduerſarÿ torqueas. Sin uero idem ab eo tibi contigerit, ſiniſtro retrorſum concedes, et manũ
formã ex lancearũ contactu, uiſum eius adoreditor uerſus latus dextrũ aduerſarÿ. Cęterũ ſi t
Cum uero is idem uſurparit, te dextrũ pedem præponente, celeriter de latere eius ſiniſtro de
cura, ut tuto id fiat.

M QVI EX TOTIS VIRIBVS PROCEDIT. VT LANCE"
M HOSTIS PORRIGAS .



leuata, manus dextra mucroni posteriori sit applicata, sinistra aut uersum mediũ lanceæ porrigatur,
faciem tuã dirigat, sentiatq; num acriter lancea resistas, te adgrediatur pedem sinistrũ prefigens, impe"
us itidem dextrum, anteriorẽ partem lanceæ tolles sursum, atq; dextro consequutus, lancea in uisũ
tra si mutaris in lancea, eaq; conuersa in latus tuũ dextrũ, eius impulsus auertitur. Verum per eam
pulerit auertendo, tũ de latere ipius dextro uersus sinistrũ inflectendo lancea pectori hostis infigito.
rũ uersus circumuoluendo lanceam pudendis impellito, atq; eo habitu retrorsum concedes, habita tn

HABITVS BIPENNIS CONTRA ACINACEM

22



In congreſsu mutuo hac ratiõe te compomito, ſiniſtro pede contra hoſtem procedas, atq; ictu ſuperno caput ipius ſaucies. At ſi aduerſarius pari modo te adgreditur ſuperne dextrũ prẽponentem, tu ſiniſtro ſubſequutus, in habitũ Co-rone acinacem tollas, et hoſtilem ictum excipias. Sin aũt is tuũ impetum eadem ratione auerterit, tu dextro uerſus ipſum pede progreditor, nẽcnon inferiore mucronẽ ab inferne contra hoſtis uiſum uel pectus torqueas. Verũ ſi is mucronẽ conſimili modo contra te torſerit, tũc ex coronę habitu acinacem, bi-pẽmi eius ſuperinȳcias, ſupprimasq, et eo pacto uis hoſtilis eſt repulſa. Inde aũt mucronem poſteriorem manu ſiniſtra corripias aduerſarij bipennis, ea-dem itaq; bipenne firmiter cõtineas, poſt ſubſequutus dextro, celeriter caput eius ſaucies. Sed ſi is eũ impetu exceperit, tu pectus ipius uel uiſum fodito, atq; poſt ictu gemino recedas.

ALIVS PRECEDENTIS HABITVS.



IN hoc certamine ſiniſtrũ pedem præponas, atq; bipenne thoracem hoſtis pungas. Verum ſi is pari modo te pungere conetur ſiniſtrũ prepone-tem, tũc in habitu coronę acinacę ſubleues, atq; punctionem hoſtilem re-pellas, inde bipenne ipius media, manu ſimiſtra adprehendas, et eo modo ſiniſtrorſum deprimas, rvecnõ mucronẽ acinacis tui uiſui hoſtis impingas. Verũ ſi is pari ratiõe te fuerit adgreſſus, tũ intra utrãq; manu bipenne ex-cipias ſimiſtrorſũ. Quod ſi idem is exceperit, tu acie longa pmiſſa caput ad-uerſarij ſaucies, atq; gemino paſsu pungendo & feriendo recedas.

LANCEARVM CONTACTVS. VNDE IN



QVVM commodè hoc habitu uti uoles, ſiniſtrũ pedem præpones, atq; minus firm
appetito. Sin aũt is eodem modo te aggreſſus fuerit, id animaduertentem, tum lancea
m uiſum uel pectus aduerſarij torqueto pro uiribus. Cum aũt is idem ſit conatus cont
intrò procedes, et lanceam hoſtis mediam apprehendes. Sed ſi tuã eadem ratione ar
infirmiore apprehendes, dextrũ pedem utriſq; eius pedibus poſtpones, interim uero m
crucis compoſueris, ita ut inter ea caput tuum poſsis exerere, eo igitur habitu ſi te con

CVRSIO PROCEDIT QVA HOSTIS PROSTERNI POEST.

12



er lancea eius continge de latere hostis dextro, uerũ subitò ea circumuoluta latus sinistrum impulsu
medio eũ propulsabis, dextro consequitor, atq; manu utraq; lancea si sustuleris supra caput, lanceam
te, lancea abiecta, eius lanceam inflecte sursum de pectore tuo manu sinistra, interea uero confestim
uerit aduersarius, manũ sinistrã ab lancea remouebis, eaq; locũ, brachij eius dextri secundũ cubitũ,
u dextra locũ debiliorem brachij sinistri retro cubitũ arripias, et si pro uiribus brachia tua in formã
erteris, quocũq; uolueris supra dorsum absq; omni tui corporis detrimento asportare hostẽ licebit.

HABITVS EX ENSE HISPANO CONTRA VENABVLVM.

24



In mutuo congreſsu hoc modo te adaptes, ſiniſtrū pedem contra hoſtem colloces, atq; uenabulo hoſtis uiſum uel pectus pungas. Verū ſi is eodem habitu utatur, dextrū pedem te preponente enſem hiſpanū continens, tūc obuia ferias, ipius punctiom, atq; iuxta cuſpidem uenabuli eū adplices, inde ſi ſiniſtrorſum repreſſeris, punctione eius auertiſti, atq; pòſt uenabulū de parte priori corripias. Quod ſi is tuū corripere conabitur, uenabulo retracto, de hoſtis latere ſiniſtro uerſus dextrū, pectus pungito ſeu uiſū. Sin uero aduerſarius pari modo idest gemina punctione te fuerit adgreſſus, tū enſe hiſpano dextrorſum repellas, poſtea ſiniſtro pede intrò concedas, mediaq; haſta ipius adprehendas, et celeriter uiſum ipius fodias. Sin aūt id is remouerit, tum ab ipſius haſta tranſmutabis, inde ſi in triangulū proſilieris caput hoſtis ferias.

INDEX HABITVVM

hastę longioris: quo numerus rubrica notatus habitus ipsius hastę longę designantur, atramento autem ij habitus, qui hastam precedunt.

A

Appositio superna addito sternedi habitu. 8.

Appositionis superne et inferę effigies. fol: 9.

Appositionis forma, vnde sternendi hostis ratio formatur. Folio. 2.

Auersio contra impulsu liberū, q extotis viribus pcedit, vt lancea contra visum hostis porrigas. 11.

B

Bipennis habitus contra acinacem. 22.

Alius precedentis modus. folio. 23.

C

Contactus lancearu de medio contra impulsum, quo visus appetitur. fol: 5.

Contactus Lanceārum, vnde incursio procedit, quo aduersarius prosterni potest. 12.

Contactus primi duo Lancearum de latere sinistro cū loco caru fortiori et infirmiori. 1.

Custodia aperta sinistrorsu et dextrorsum. 3.

Custodia Cancellata contra custodia inferā. 21.

Conuertendi habitus addita sterniedi ratioē. 19.

E

Extorquendi Acinacis ratio. folio. 6.

Extorquendi ensis habitus, adiecto hostis prosternendi modo. Folio. 1.

F

Firmus locus, et infirmus Lanceæ ex primo contactu. Folio. 2.

H

Habitus insignis, vbiqs puentus fuerit, vsurpandus. Folio. 14.

Hispanicnsis habitus contra venabulu. 24.

I

Impulsus conuersus contra Auersionem. 8.

Incursio Infera contra Auersione Inferam. 10.

Incursio superna contra Auersione supna. 9.

L

Lucte habitus per puqionem. folio. 18.

Lucte species, vnde Conuersor pcedit. 17.

M

Manuu Intorsio contra punctionem. 15.

Mucronis habitus contra Coronam. 5.

Mutatorij Simplicis habitus contra Custodia de media Lancea. Folio. 7.

P

Prostratus qua ratione retinendus sit. fol: 4.

Puqionis extorquendi ratio, vnde Lucte habitus formatur. Folio. 16.

Punctio Superna et Inferna. folio. 13.

Punctio Superna contra ictum super„ num puqione excipienda. Folio. 11.

Punctiones ex ense Hispano et puqione. 12.

S

Status Liberi habitus contra custodia Cancellatam. Folio. 4.

Sternendi effigies. folio. 20.


Sternendi modus per ensem. folio. 3.


Sternendi per Acinacem ratio. folio. 7.

Superni ictus duo puoionibꝰ excipiendi. 10.

V

Visus quo appetitur impulsus contra eum, quo pudenda appeturtur. Folio. 6.







PRIMI DVO ICTVS SVPERNI BIPENNIS DE LATERE SINISTRO



IN hunc habitum hoc modo te compones, loeuũ pedem præponito, bipennem ſupra caput contineas, verũ interea dextro pede conſequutus caput aduerſarij pulſabis. Sed ſi is te ratione eadem fuerit adgreſsus, in habitu uiciſſim ictus ſuperni conſiſtentem, ſiniſtrũq; præfigentem, loeuum reducito retrorſum, et ſi pariter cũ aduerſario ferias, eius ictus irritus fiet, interim uero bipenne ſublata, faciem hoſtis impulſu adpetes anterioris mucronis. Sin is exceperit, ea rotata de latere eius ſiniſtro uerſus dextrũ, dextro eius brachio, bipennis laminam applicabis. Cęterũ ſi is idem uſurparit contra te, dextro pede ſi receſſeris, feriundo ab hoſte te liberaueris, ſed mox biperme ſurſum vibrabis coram ipius conſpectu atq; in ipo vibrationis habitu, eius bipenni applicabis tuã de latere eius ſiniſtro. Verum ex ea forma bipenne ſi deflexeris, uerſum te attrahes. Porrò ſi hoſtem firmiter reſiſtentem ſenſeris, rurſum dextro conſequutus, pectus aduerſarij pungito. Ipſo aũt eo habitu utente, rurſus loeuo reducto, mucrone poſteriori impulſum repellito, et hac ratione te ab omni periculo uindicabis.

HABITVS INFERI ICTVS BIPENNIS DE LATERE VTROQ.

2



AD habitum ictus inferi ea, quæ mox sequetur, ratione te accomodato, pedem sinistrũ præpones, deorsum mucro uersus aduersariũ uergat, et confestim manum dextrã in coxam dextrã dirige, atq; bipennẽ uersus hostis uisum uel pectus propellito. Sin is auerterit tuũ impulsum, tum ab eius sinistro in latus dextrũ bipennem rotato. Verũ si gemino impulsu is contra tuã faciem fuerit usus pedem sinistrũ te præfigente itidem in habitu ictus inferi, tũ manu dextra bipennem continente femori dextro applica, atq; lamina de latere tuo dextro aduersarij impulsum refringes. Verũ pede consequutus dextro, pectori eius bipennis mucronem anteriorem infigito. Sed si idem contra te hostis usurparit, sinistrum pedem retrorsum diriges, atq; mox dextro itidem reducto, ad æquales conatus, certaminaq; cũ hoste peruenies, sed confestim ictu supero caput eius conquassato. Si aũt is supernè te fuerit aggressus, bipenne celeriter sursum sublata, eius ictum lamina tuæ bipennis excipies, etsi pudenda eius impulsu adpetiueris, retrorsum concedas licebit.

MVTATORIVS CANCELLATVS CONTRA HA"
BITVM AVERSIONIS.




QVVM rite habitu modò predicto uti uolueris, pedem ſiniſtrũ præpones, manus ſiniſtra ſub axilla dextra collocetur, et ex ea forma dextro intrograditor, inflectes dupliciter in ictum inferũ, atq; pedem aduerſarij ſiniſtrũ impulſu quaſſabis. Sed ſi idem ab hoſte fieri aiaduerteris contra te in habitu auerſionis conſiſtentem, ſini" ſtruq; pedem præfigentẽ, tũ ſi ſurſum manũ dextra rexeris, impulſus eius ad nihilũ redigetur, et confeſtim dextro pede conſequutus, mucronẽ anteriore hoſtis vultui infiges. Cũ uero tuũ appetierit uiſum, eum auertere nõ dubitabis ex latere tuo ſini" ſtro uerſus dextrũ loco firmiori, interim ab utroq; latere uibrabis biperne in hoſtis conſpectu, Verũ ex ipſa uibratione, eius bipennem ſi contigeris, dupliciterq; ea rotu" ta uiſum eius impulſu adgreditor. Si aũt idem is contra te uſurparit, lamina tuæ bipennis auertes ita, ut eius impulſus ſupra caput tuũ exeat repellendo. Cæterum ex eo habitu ſiniſtro pede inſequitor, et ſi mucrone poſteriori aduerſarij bipenne repu" leris, liberum te atq; ſecurum reddideris.

IMPVLSVS QVO VISVS ADPETITVR CONTRA EVM QVI DE PECTORE FORMATVR, ET PECT' ITIDEM *eius fauciatur*,



AD eum habitū hac ratione te compones, ſiniſtrū pedem præfigito, bipennem iuxta thoracem contineto ita, ut acies ſuperne ſit conuerſa, et conſequutus dextro, uiſū aduerſarij adgreditor. Sin aut aduerſarius idem aduerſum te uſurparit, ſiniſtrum pedem præponentem, tū ſurſum ictū qui de thorace formatur dirigas, atq; eius impulſum hac ratiõe auertito, Verū celeriter dextro pede conſequutus, pectus eius impulſu concuties. Sed ſi hoſtis eū repellendo auerterit, tū bipennē tuā ab eius circūuoluas de eius latere dextro uerſus ſiniſtrū, inde aut pedem ſiniſtrū eius dextro ſi præpoſueris, gemino impulſu hoſtis uiſum adpetito. Quū uero idem contra te uſurparit, ab utroq; latere te defendes eius impulſū repellendo: Pede ſiniſtro intrò procedas, bipenne rotata de latere aduerſarij dextro in ſiniſtrū, loeuū brachiū eius quaſſato impulſu. Eo impetū excipiente, tum bipennis mucrone poſteriore ſurſū de terra leuando reges uerſus hoſtis pectus. Sed ſi is habitu predicto contra te fuerit uſus, ſiniſtro pede reducto, eius inflexio impedietur, ſubito interim aduerſarij uultū impulſu fauciabis, atq; retrorſum concedas.

BIPENNIVM CONTACTVS VEL COLLISIO VN̄ DE HABITVS VELLENDI PROCEDIT.



In prædictū modū ita te adaptabis, ſiniſtrū pedē præponito, bipennis mucro poſterior femori dextro ſit adplicatus, anterior uerſū aduerſarij uiſum directus, atq; ex latere tuo dextro, in hoſtis ſiniſtrū, eius bipenne contingito, interimq; tua bipenne celeriter ſupra eius inflectito, et ad te attrahito ex eo habitu. Sin aut ita contra aduerſariū conſtiteris in habitu contactus bipenniū ſiniſtrū pedē præponēs, isq; ad ſe uulſerit, tū conſequitor dextro, atq; uerſum pectus ſupra ipius brachiū pungito. Sin uero impulſū aia aduerterit aduerſarius, ſimulq; auertere conatus eſt, bipenne rotata ſeu circumuoluta de latere hoſtis ſiniſtro in latus eius dextrū uerſus uiſū aduerſarij bipennem propellito. Sed ſi alia nuditate ex alia tibi requiſiuerit, ſiniſtrū pedē reducito, atq; eius conatum ex utroq; latere mucrone poſteriori. Hoc itaq; perfecto, rurſū intrò pede concedas ſiniſtro, atq; lamina bipennis porrecta, eius bipennem eo habitu repellas, ſubito aut ea in uiſū hoſtis conijcito. Cæterū ſi is id auerterit, alia ex alia nuditatem ſi conquiſiueris in tranſmutatioe, dupliciter ab aduerſario recedere memento.

BIPENNIVM CONTACTVS. ADDITO HABITV QVO ADVERSARIVS INTERCLVDI POTEST SVPERNE.



QVVM in eũ formã in congreſſu te aptè accomodare uoles, ſiniſtrũ pedem præfigere memineris. Et ſi is uiciſsim contra te in habitu iã prædicto ſiniſtrũ itidẽ prępones conſtiterit, partem anteriorẽ hoſtis bipennis contingito. Verũ in ipo contactu, lamina tuæ bipennis ſupra eius mucronẽ recuruũ, qui è regione laminæ bipenni affixus eſt, inflectes. Sed ſi is uſus fuerit eadem ratione, bipennẽ conuerte, eaq; ſurſum leuata, celeriter ſupernè eam arripe, atq; uiſum uel pectus aduerſarij figito. Sin autem eũ impulſũ aduerſarius repulerit, tũ bipennẽ coram ipius conſpectu ſtrenue uibrabris, interimq; nuditatẽ eius proximã requirito. Sed ſi is uiciſsim tua eodem modo perquiſiuerit, mucrone anteriori eũ repellas licebit, dextro confeſtim inſequitor, eius bipennem mucrone poſteriori ſi auerteris, dupliciter ab loco infero ſurſum inflectendo uerſus facie uel pectus aduerſarij bipennẽ impellito. Sin aũt is id ai aduerterit, et retrorſũ conceſserit, dupliciter ictibus et inflexionibus inſtando hoſtẽ conſequitor. Sin aũt is eadem uſurparit, tũ mucrone bipennis tuæ anteriori pariter et poſteriori eũ repelles, inde retrorſum concedes habita tui uiſus cura diligenti.

RATIO QVA CONTRA ADVERSARIVM SVP. NE FERIRE LICET, PARITER ADDITO HABIT INFERNE VELLENDI.

7



IN hunc modū ita te adaptabis, ſiniſtro pede pfixo in habitu ictus ſuperi bipenne tuā contineas. Et ſi is uiciſsim contra te ſiniſtrum ppoſuerit, porrecta bipenne ſua co-tra facie tuā, tū ictu ſupero eū repellas, interea aūt uerſū te uelles de latere tuo ſiniſtro in dextrū, ex eo igitur habitu bipennē contra hoſtis uiſum dirigas. Sed ſi is idem uſur-parit, lamina bipennis tuæ retrorſū eius pedi adiunges, et ſi uerſum te attraxeris, co-natus eius irritus fiet, ſimulq; hoſtem ea ratione proſternere poteris. Confeſtim etiam inſtando conſequutus uiſū eius impulſu conquaſsabis. Verū ſi is eadem ratioe tibi inſti-terit, bipenne media eū auertes, eaq; rotata de alio latere in aliud, proxima nuditate hoſtis conquires. Cū uero ſe ab eo diſcrimie ſe liberū reddiderit, tū pariter eode momēto cū ipo ferias, Sed in ipo bipennū contactu mucrone poſteriori, eius anteriore deflectes, pedem dextrū interius hoſtis ſiniſtro ppones, interi uero mucrone poſteriore circa eius collū ex latere dextro adplicabis, et ſi eo habitu aduerſariū attraxeris, facile eū proſter-nes. Sin aūt te proſternere conabitur, manū utraq; comutabis, atq; tuā bipennem dextro eius brachio applicato, ea ratione ſi eū propulerīs, te liberabis.

HABITVS SVPERINTORSIONIS QVO HOS"
TIS BIPENNIS DEORSV̄ DEPRIMIT² EX CŌTACTV *primo, addito habitu inferę inter-clusionis*

8



AD eū habitū hac ratione te compones, pedem ſiniſtrū ꝓponito, bipenne ſupra pe-ctus de latere dextro contineas, mucro in aduerſarij uiſū ſit directus, ex eo habitu dextro ictrò procedas, et ictu conuerſo, ictus aut is conuerſus eſt, ſi bipenne contineas iuxta parte anteriore, dextra uero poſteriore atq; is circuagatur ſub brachio ſiniſtro, ut anteriori parte caput eius pul-ſes.# Sin aut te ſupernè adoreſſus fuerit pedem ſiniſtrū præponentē, bipennis lamina eū repelles. atq; eodem momento cū hoſte ferias, Verū in ipo bipennis cōtactu, ea rotata de latere eius ſiniſtro uerſus dextrū, tranſ hoſtis bipenne, tua ſuperinflecte, etſi firmiter deorſū ſuppreſſeris, interclu-detur aduerſarius. Cū uero is idem uſurparit, ſiniſtro conſequutus pede, ſurſū firmiter bipenne tua inflectendo attolles, eo tamē pacto, ut mucro uerſus aduerſarij uiſum ſit porrectus. Hoſte id excipiente, dextrū pedem eius ſiniſtro ꝓpones, atq; inter eius brachiū utrūq; mucrone poſteriore inſerere memineris ſupra brachiū dextrū, ex eo igitur habitu ſi depreſſeris de latere tuo dextro, caput eius tuæ bipennis lamina ferire poteris. Cæterū ſi hoſtis idem perficere conatus ſit aduer-ſus te, tū manū ſiniſtra bipenni applicata rurſus tranſmutabis, ſiniſtrū pedem ſi reduxeris, caput hoſtis mucrone poſteriori ſauciato.

caput eius quaſſato

INTERIOR IMPVLSVS, QVO BRACHIVM AD PETITVR CONTRA VISVS IMPVLSVM

9



SI ad inuicem conceſseritis, et aduerſarius uiſum fuerit impulſu adgreſsus tuum, pede ſiniſtro intrò procedas, et interius brachiū eius ſiniſtrū impulſu quaſsato, et confeſtim bipennis lamina eidem applicata, in latus eius dextrū ea ratione hoſtē cōuertes, eiusq; impulſus ad nihilū redigitur, inde uero bipenne retrahito, atq; pectus hoſtis mucrone anteriori adpetito. Sin uero is pectori tuo eodem modo imineat, ſiniſtrū pedem reducere nō dubites, eūq; lamina ideſt parte bipennis planida auertes, poſtea bipennem in eius conſpectum tolles, et rurſum ſiniſtro introgeſſus, mucrone uultui eius uel pectori infigito. Sed ſi hoſtis idem uſurparit, defendendo te de alio latere in aliud eum auertes, atq; ex ea forma dextro pede intro ſi proceſseris, mucrone poſteriori caput eius pulſato. Excipiente id aduerſario, tu pede ſiniſtro in latus hoſtis dextrū ſi conceſſeris, lamina tuæ bipennis brachiū eius dextrū quaſſabis. Verū ſi is eodem habitu contra te fuerit uſus, mucrone eū poſteriori repelles, et anteriore inferne uerſus pectus eius impellito. Poſtea dextro pede introgreſsus, caput aduerſarij mucrone poſteriori pulſato.

PECTORIS IMPVLSVS ADDITO SIMVL HA-
BITV INTERCLVSIONIS.

10



QVVM rite et more athletarū ſtrenuorū prædicto habitu uti uolueris, ſini-ſtrū pedem preponas, ſupra partem pectoris dextrā, bipennē contineas, et mucrone an-teriori pectus aduerſarij impulſu adpetas. Sin aūt contra hoſtē conſtiteris dextrū præfigens, teq; eadem ratiōe apetierit, tū parte bipennis tuæ anteriori eū repelles, ſubito aūt tuā bipennē diriges ſupra aduerſarij bipennis laminā, eoq; habitu te in latus tuū ſiniſtrū ſi conuerteris, eius bipennem intercludes, Verū in ipa interclusione, ſiniſtrā manū dextræ propius admoue, et dextrū pedem ſi retuleris, uerſus caput eius ferias. Sin aūt is idem uſurparit contra te, ſini-ſtrū reducas, atq; mucrone anteriori ictū ipius auertito, inde aūt firmiter eū ſurſū attolles, intrò dextro pede concedas, et mucrone poſteriore tuæ bipennis collo eius applicato. Cæterū ſi id hoſtis auerterit, ſiniſtro celeriter conſequutus, lamina bipennis capiti eius ifligito. Sin autē aduerſarius habitu eodem uſus fuerit, tū intra manum utrāq; excipito eius im-petum in latus tuum dextrū, dupliciterq; retrorſum concedas feriundo.

INFERVS PECTORIS ICTVS CONTRA ICTVM SVPERVM ADDITO PARITER VELLENDI HABITV

11



In congreſſum bipennis regendę hoc modo adaptabis te, dextrũ pedẽ præpones, ſurſum inferũ ictũ pectoris reges uerſum eius brachiũ ſiniſtrũ, atq; in bipenne manus permuta, interim uero te de latere tuo dextro in latus ſiniſtrũ ſi conuerteris, uerſũ te attrahito. Sin aũt aduerſarius idem contra te conetur pedem ſiniſtrũ prefigentẽ, manũ ſiniſtrã ſubito in bipenne tua tranſmutabis, et caput eius ferias ſuperne. Cum uero hoſtis eũ ictum exceperit mucrone anteriori, tũ ſurſum inflectes contra pectus eius in latus eius ſiniſtrũ. Si tu impulſũ aĩaduerteris ab aduerſario factũ, pede dextro reducto, mucrone poſteriori eũ repelles, interea etiã laborabis de alio latere in aliud mucrone eodem, dextro inſequitor, inter brachiũ eius utrũq; bipennẽ tuã inſerere contra pectus hoſtis memineris, et eo habitu bipennẽ tuã ſupra brachiũ eius ſiniſtrũ conuerte. At ſi hoſtis manũ à ſua bipenne non remouerit, brachiũ eius infringes. Cũ uero tibi brachiũ eadem ratione confringere fuerit molitus, manũ tuã mutabis, atq; pede dextro intrò inſequutus, necnõ mucrone poſteriori hoſtis pudenda impulſu concuſſeris, ab eo ſine negotio te liberabis.

DVO HABITVS VELENDI SVPERNE EX PRIMO BIPENNIVM CONTACTV VEL COLLISIONE.



QVVM adinuicem congreſsi biperme athletice gubernanda fueritis, bipermi-busq; inuicem contactis, pedem dextrum præpones, atq; laminam aduerſarij collo adiunges anterius. Sin aut is ea ratione te aggreſsus fuerit lamina ſuæ bipennis, ſiniſtrum pedem præfigentem, uiciſsim tua bipennem collo eius adplicabis, atq; in ipa inflexione firmiter pro uiribus uerſum te adtrahito. Verū ſi hoſtis habitu eo fuerit uſus, pede ſiniſtro intrò contra hoſtem concedas, atq; eius bipennem excutito mucrone poſteriori in tuū latus ſiniſtrū, ſubito aut mucrone eundem colli parti anteriori adiungito, dextrū pedem eius ſiniſtro poſtponas, etſi uerſus dextrū tuū latus conuulſeris, humi proſternes aduerſariū. Sin autem idem contrà te perficere ſtatuerit, à bipenne tua manū ſiniſtra remoueto, etſi eadem partem brachij ſupra cubitū dextrū apprehenderis, hoſtemq; repuleris, liberum eo habitu te conſtitues. Confeſtim uero bipennem rurſum arripe ſiniſtra, caput eius feries, atq; mutando ab hoſte recedas.

HABITVS VELLENDI INFERNE CONTRA IMPVLSVM VIOLENTVM

13



HOCMODO te componas, ſiniſtrum pedem ppone, iuxta pedem ſiniſtrū bipennē contineas, lamina contra aduerſarium. Sed ſi hoſtis contra te īm habitu impulſus uiolenti conſtiterit loeuu pedem pfigens, et conatur te figere, tū circū pedem eius, tua bipennē anterius applica, eo modo ſi de latere tuo ſiniſtro dextrū uerſus deflexeris, hoſtem uelles, ita ut eius impulſus tibi obeſse nequeat, ſimulq; proſternere eū poteris. Sin aūt is eadem fuerit contra te molitus, tum repente tuam bipennē ab eius collo remoue, ueru, tuæ bipennis lamina, eius bipenni adplica, firmiterq; ſi ſuppreſseris, te liberabis, ne ab hoſte proſterni queas, interim uero ab eius bipenne tuam ſurſum tollas contra eius uiſum. Cæterum ſi hoſtis id remouerit ſe defendendo, bipenne rotata de latere eius ſiniſtro i tuū dextrū, collū eius impulſu quaſſabis. Sed ſi id rurſū repulerit, pede dextro intrograditor, atq; mucronē poſteriorem uerſus aduerſarij uiſum conuertas. Si aūt is eadem uſurpet, ſiniſtrū pedem referre non dubites, et eius mucrone anteriore, poſteriori tuæ bipennis repellas, ſubito aūt ſiniſtro pede intrò concedas, mucrone anteriore uerſus hoſtis uiſum ſi direxeris, in habitu mutatorij ab aduerſario recedas.

INTORSIO. SIMVL HABITV ADDITO AD VERSARII PROSTERNENDI.

14



QVVM congressi sitis bipenne athleticè regenda, pariter bipennes inuicè eodem momento contigeritis, ab eius bipenne tua circuuolues de latere aduersarij dextro sinistrū uersus, et impulsu brachiū eius sinistrū pulsato. Verū si hostis id animaduerterit, et remouerit tuū conatū, dupliciter bipennem circumuolues, atq; proximas acquirito eius nuditates. Sin uero is tuas eadem ratione obseruarit, tū m ipsius conspectu tua biperme sursum uibrabis, sed m ipo uibrandi habitu, brachiū hostis anterius concuties, et firmiter eius biperme attingito, si igitur quàm celerrime ea circuuolueris, gemino impulsu uisu eius appetito. Cæterum si te ea ratione adgreditur, mucrone anteriori tuæ bipennis repellito, sinistrū præponēs. Sin aut uicissim contra aduersariū constiteris loeuū itidem præfigens, tū eius biperme mucrone posteriori remoueto, dextrū pede hostis loeuo postponas, atq; mucrone posteriore collo eius applica anterius, et si fortiter supernè uersus te adtraxeris, aduersarium per dextrum pedem tuum prosternes.

SVPERA TRANSITIO ADHIBITO LATERIS IMPVLSV. VT INFRA DESCRIBETVR

15



IN EVM ſcilicet modum iam prenominatum bipenne rite gubernanda, te ea ratione, qua mox deſcribetur, adaptabis. ſiniſtrum pedem prępones, in la-tere dextro bipennem tuam continebis, mucro ſit contra aduerſarium porrectus. Et ſi is uiciſsim contra te in habitu corporis eodem conſtiterit, ſimul cū aduerſario ferias, et in bipennium contactu, laminam tuam retrò aduerſarij bipennis mu-cronem recuruū applicabis, ſurſumq; ex ea forma attolles. Sin autem bipennem tuam eadem ratione comprehenderit, eodemq; modo uſus fuerit, tum dextrum pedem hoſtis ſiniſtro poſtponas. Veru ſubito tua bipennem ſuperne retrahe, ac inferne mucronem poſteriore eius lateri ſiniſtro impellito. Cæteru dextro pede reducto lamina tuę bipennis aduerſarij capiti infligito. Si uero is eadem cōtra te fuerit molitus, mucrone poſteriori eius conatum repelles, interea aut dextro inſequutus, brachiū ſiniſtrum hoſtis ſauciabis. Porrò ſi id exceperit aduerſarius, tum miſeras mucrone poſteriore intra ipius brachiū utrūq; uerſus pectus, inde uero dextro pede retrorſum concedas, et ſi caput aduerſarij quaſsaris, ab aduerſario feriundo recedas.

ICTVS INFERI HABITVS CVM AVERSIONE
PER BIPENNEM MEDIAM

16



CONTRA aduersarium bipenne gubernanda athletice hoc pacto te accomodabis, siniſtrũ pede præponito, bipennem tuã in dextro latere cotineas. Sin uero aduersarius contra te eodem modo conſtiterit in habitu ictus inferi dextrũ præponens, et bipenne ſuã in latere ſiniſtro contines, tũ uerſus facie hoſtis bipennem uibrabis. Si autem is ea uibrandi ratione contra te uſurparit, eius ſiniſtrum brachiũ ſurſum feriundo quaſsato. Porrõ cũ is brachiũ ſiniſtrum tibi adpetierit, tu bipenne media remouebis ipſius conatũ uerſũ latus tuũ dextrũ, et ex eo habitu ſuperne lamina tuæ bipennis eius brachio ſiniſtro applicata, ſupprimito. At ſi is adeò firmiter ſuppreſſerit, ſiniſtro pede retro hoſtis dextrũ collocato, mucrone poſteriorem capiti eius infligito, ſed celeriter pedem dextrũ ſi reduxeris, contra pectus aduerſarij mucronem anteriore propellito. Cæterũ ſi is idem uſurparit, tum media bipenne eũ repellas, atq; mucronem poſteriore inferne ſupra brachium ſiniſtrũ hoſtis inflectes, et ſi in latus tuũ dextrũ conuulſeris, in habitu ictus ſuperni ab aduerſario recedas.

INCISIO. ADDITA FORMA HOSTIS PROSER-NENDI EX HABITV PEDIS INIICIENDI IN ADVERSARII POPLITEM.

17



In forma, quæ infrà mox describetur hoc modo te adaptabis ex superiori incisione, dextrũ pedem præponito, supra caput bipenne contineto, lamina eiusdem sursum flexa. Et si contra aduersariũ dextro pede prefixo constiteris, atq; in latere dextro bipennem continueris uersus hostis uisũ, sinistro intrò procedas, lamina collo eius anterius applica. Sin aut hostis modo eodem contra te fuerit usus, tũ mucrone tuæ bipennis posteriore sub alam hostis sinistrã ingeras, versum latus tuũ dextrũ propellito. Verũ dextrum pedem si retraxeris, lamina caput hostis proscindes supernè. Sed si te conabitur proscindere, bipenne sursũ eleuata supra caput, eius incisione excipias tuæ bipennis lamina, inde aũt dextrum pedem hostis pedi sinistro postpones, atq; eius bipennis supernè mucrone posteriori reïcito. Cum uero is te eadem ratione repulerit, sinistro pede reducto mucrone posteriore uersus brachiũ aduersarij sinistrũ inflectito. Hoste idem usurpante, dextro eius pedi sinistrũ postpones, atq; lamina collo hostis anterius applicabis, pedem eius dextrũ stimulo recuruo bipennis quassato exterius, interim uero ex eo habitu fortiter supernè eũ protrudes, infernè uero si uersum te adtraxeris, prosterni aduersarius cogetur.

HABITVS QVO ADVERSARIVS CONVERTITVR CONTRA ICTVM INFERVM

18



AD hunc modũ ita te adaptabis, conuertes te pede dextro in latus tuũ ſiniſtrum in habitu ictus ſuperni ita, ut pes tuus loeuus contra aduerſariũ ſit conuerſus, atq; ex ea forma caput eius ictu ſuperno concutias. Verũ ſi hoſtis idem uſurpauerit contra te ſiniſtrũ pedem præponentem, et mucro tuæ bipennis poſterior terræ ſit inclinatus contra hoſtem, tũ eundem ſurſum leuabis, et eius ictu eodem repellas mucrone. Porrò dextro pede intrò progreſſus, feriendo ex ictu infero brachiũ aduerſarij ſiniſtrũ conquaſſabis. Sin aũt ide exceperit, mucrone bipennis tuæ poſteriore in latus tuũ dextrũ dirigas, et ſi pede dextro retrorſum conceſſeris, mucrone anteriore de latere eius ſiniſtro uerſus dextrũ rotabis contra hoſtis uiſũ. Eo autem habitu conſimili utente, parte anteriori bipennis, eius conatũ repelles, verũ ab eius biperne ſi tuã circũuolueris de latere alio in aliud, nuditates eius perueſtigato. Si uero aduerſarius id remouerit, dextro pede intrò concedas, atq; eius biperne tuæ bipennis mucrone poſteriori reijcias, et ſi eam vultui eius uel pectori impegeris, in habitu mutatorij ab hoſte recedas gradu gemino.

RATIO QVA ADVERSARIO BIPENNIS ERIPITVR ADHIBITA FORMA EIVSDEM PROSERNĒDI



SI adinuicē fueritis congreſsi bipenne athleticè regenda, et pariter bipennes mu-
tuo contigeritis, tū tua ab hoſtis bipenne circuuolues de latere eius dextro uerſus ſiniſtrū
impulſu adhibito. Si uero aduerſarius te repulerit, dextro pede intrò ſi conceſseris, eius bi-
pennis locū latiore mucrone poſteriori repelles uerſus latus tuū dextrū. Cæterū ſi idem
perficere is conabitur, ſiniſtro pede reducto, mucrone anteriore pectori hoſtis impellito.
Sed ſi exceperit aduerſarius, tū gradu duplici contra ipm procedas, et mucronem poſte-
riore eius capiti infligito. Verum ſi idem is molitus fuerit contra te, media bipenne tua
eū repellas, interea aut hoſtis bipennis mucronē poſteriore manu ſiniſtra ſi apprehende-
ris, dextra uero anteriore, ita ut utraq; bipemē tu contineas tuis manibus, pedem ſiniſtrū,
eius genu dextro ſi impoſueris, cōfringere pedē eius licebit. Si aut is bipemē utraq; appre-
henderit, prædictaq; modò habitū uſurpare uolet, dextrā manū de tua bipenne remouebis,
atq; dirige exterius circū eius poplitem, manu aut ſiniſtra firmiter ſupernè propellito ho-
ſtem, inferne uero ſurſū ſi ſuſtuleris, concidere eū coges, atq; eius conatus irritus ōis fiet.

RATIO. QVA PES ADVERSARIO INFRINGI POTEST CONTRA IMPVLSVM EVM QVO CERVIX IMPETITVR.



QVVM contigerit, ut adinuicē prope processeritis more athletico, et insimul bipennes mutuo contigeritis, bipennem tuam contra hostis uisum contineas, uerū ab eius bipenne tua circūuoluta, uisum eius impulsu adgreditor. Sin aut eū impulsum aliad uerterit, auerteritq, dextro pede intrò procedas, atq, mucronē posteriorem contra eius brachiū sinistrū ex loco infero. Si aut is idem fuerit molitus contra te, in bipenne tua celeriter manu sinistra mutabis, pectusq, eius mucrone anteriori quassato. Sed si id exceperit, mucronē posteriore capiti hostis infligito. Ceterū si is superne te ratione adgressus fuerit eadem, retrorsum dextro pede recedas, atq, ipius ictum mucrone anteriori remoueto, interim uero fortiter bipennis eius partem inferiore contingas, eoq, habitu si sustuleris, duplici gradu contra eum intro procedas, bipennē abyce, sinistrū eius pedem infernè manu dextra adprehendas, manu uero sinistra eius molā acriter urgeas, et eo modo pedem eius confringere licebit, uel hostem prosternere. Porrò si te coartarit, ceruici eius tuam bipennē adplicato, et si acriter suppresseris, eius conatum omnem irritabis.

conuertito.

TITVLORVM INDEX,

Quo Bipennis habitus continentur.

A

Inferi ictus forma cum Auersione per Bi-
pennem mediam. Folio. 16.

C

Inferi ictus habitus de latere vtroq. folio. 2.

Contactus Bipennium, addito habitu
quo aduersarius superne potest intercludj. 6.

Interior impulsus, q̃ brachiũ appetitur
contra visus impulsum. Fol: 9.

Contactus Bipennium vel Collisio, vn-
de modus vellendi procedit. folio. 5.

Intorsio, addito simul habitu aduersarij
prosternendi. Fol: 14.

Conuertendi aduersarij habitus con-
tra Ictum Inferum. Fol: 18.

M

Mutatorius Cancellatus contra
Auersionis habitum. Fol: 3.

E

Extorquendi Bipennis ex aduersarij ma-
nibus ratio, adhibita forma ciusdẽ prosternendj. 19.

P

Pectoris impulsus, addito simul habitu
Interclusionis. Folio. 10.

I

Incisio, addita forma hostis prosterne-
di ex habitu pedis Injiciendi in aduersarij
poplitem. Fol: 17.

Pectoris Inferus ictus contra ictum Su-
perum addito habitu vellendi. folio. 11.

Pedis aduersarij infringendi ratio contra eum Impulsum, quo Ceruix impetitur. 20.

Superni ictus primi duo Bipennis de latere sinistro. Folio. 1.

Superintorsionis habitus, quo aduersarij Bipennis deorsum deprimitur ex contactu primo, additâ forma inferne Interclusionis. 8.

Superne qua ratione ferire contra aduersarium liceat habitus, pariter addito inferne vellendi habitu. folio. 7.

Transitio supera adhibito lateris Impulsu. Folio. 15.

Vellendi forma inferne contra Impulsum Violentum. Folio. 13.

Vellendi duo habitus supernè ex primo Bipennium contactu. Fol: 12.

Visus quo adpetitur Impulsus contra eu, qui de pectore formatur, et pectus itidem aduersarij sauciatur. Folio. 4.


96
VI.

DVÆ INCISIONES SVPERNÆ FALCIS FOE-NARIÆ.

1



SI congredimini adinuicem, pedem loeiiu prępones, falcis manubriū posterius manu siniſtra continebis, manus uero dex: capulo med: sit applicata in latere dextro. Ex eo igitur habitu de hoſtis latere siniſtro dextrum brachium falce tua proſcindas. Sin autem aduersarius idem usurparit te contra eu siniſtrū pedem præponente, atq; seculæ manubriū posterius manu siniſtra tenente, dextra uero medium in latere dextro, in triangulum prosilias, et eius inciſionem repellas parte seculæ tuæ anteriori exterius in latus dextrum tuu. interim uero ex triangulo procedes intrò, atq; collum hoſtis proſcindere memineris. Verū si is eundum habitum usurpauerit contra te, pedem siniſtrum referto, necno eius inciſione parte falcis tuæ anteriori auertes exterius. Celeriter autem rursus intrograditor, et seculam tua retro caput tuu collocata anteuersum regendo exeras in inciſionem conuersam de latere tuo siniſtro uersus aduersarij capitis latus dextrum, ex hoc itaq; habitu retrorsum concedas.

DVÆ INFERÆ INCISIONES



IN congreſsu contra hoſtem hoc modo te accomodabis, dextrũ pedem præpones, manu dextra capulũ mediũ apprehendas, manu uero ſiniſtra inferius, preparata in inferã inciſione, et dupliciter in triangulũ concedas, atq; brachium aduerſarij dextrũ ictu anteuerſum directo proſcindes ita, ut brachia cancellentur. Verum ſi is eodem habitu fuerit contra te uſus dextrũ itidem pedem præfigentem, continen-temq; falcem in habitu inferne inciſionis, manũ dextrã iuxta capulũ mediũ conti-nentem, ſiniſtrã uero iuxta poſterius, tũ ex habitu inciſionis inferne falce tollas ſur-ſum, et eius inciſione ſeculæ parte exteriori auertas uerſus latus dextrũ tuũ. Inde in triangulũ pede ſiniſtro concedas in tuũ latus ſiniſtrũ, atq; falce tua ſecundũ caput col-locatam anteuerſum inflectes in inciſione conuerſam caputq; eius proſcindendo per-ſtringes, ut brachia tua in ipo inciſionis habitu in forma crucis conſtituantur, verũ ex ea forma ab hoſte in tuta tui defenſione recedas.

DVÆ INCISIONES MEDIÆ.



HVNC in habitū hoc pacto te adaptabis in congressu aduersus hostem, loeuū pedem prefiges, falcis fenariæ capulum inferius manu continebis sinistra, medium dextra in latere dextro, interim uero insequutus dextro, circundato hostis corpore falce tua, dextrū eius latus proscindas. Sin autem is media incisione contra te fuerit usus. idest ut ilia appetat tua, pede sinistro innitente, manuq; dextra mediū manubriū continentem, loeua uero posterius seu inferius itidem in latere dextro, tū in triangulū uersus latus dextrū concedas, et eius incisione media parte seculæ extera auertas. Verum subitò introgressus pede dextro, falcem tuā retrò caput collocatam anteuersum prominere facito, ut brachia cancellentur, partem dextra corporis hostilis proscindere conaberis. Sed si is idem fuerit molitus, tū tuā falce interiori hostis falci adplicato, fortiter ea in dextrū latus tuū propellito, celeriter aut si loeuo in latus aduersarij dextrū concesseris, caput eius perstringas, & ab eo tutò recedere memineris.

HABITVS AVERSIONIS CONTRA SVPERNAM INCISIONEM

4



PRÆDICTO ia habitu ſi'm congreſsu ritè uti uoles, ſiniſtrum pedem prefiges manu dextra falcis fenariæ capulo medio applicabis, ſiniſtram uero inferiori con" tra hoſtem pro corpore tuo, et ſubitò caput aduerſarij perſtringendo adgreditor. Sin autē te adgreſsus fuerit ſupernè, loeuū pedem præfigentem, falcisq tuæ capulū mediū manu dextra continentem, manu ſiniſtra inferius manubriū pro facie tua in alto, tum eius inciſionē capulo falcis uerſus latus ſiniſtrū tuū auertes. Si autē is eadem ratione te repulerit, inferius circuuolues, atq acie falcis tuæ eius capiti imminebis quaſsando. Verū ſi is idem contra te uſurparit, teq proſcindere conabitur, ſecula ſublata ſurſum, parte falcis tuæ ex" teriori uerſus latus tuum dextrū auertes, ſed interea capitis aduerſarij partē ſiniſtram proſcindere curato, et ex eo habitu retrorſum ab hoſte recedas.

HABITVS INCISIONIS CANCELLATÆ CONTRA INCISIONEM APERTAM.



IN aditu contra hostem ea ratione, quæ mox describitur, te compones, dextrũ pedem præponito, manu sinistra manubrium inferius appræhendes, dextra mediũ directè contra hostem, et regenda falce tua fenaria circũ aduersarij ilia dextrũ pede proscindedo appetes. Sed si is te eadem ratiõe fuerit adgressus loeuũ præponentẽ, necnõ manibus instar crucis formatis falcẽ contineas contra hostem, tum inferne ipius conatũ auertes falcis tuæ capulo uersus tuũ latus sinistrũ, uerũ celeriter collũ eius proscindere conaberis. Cæterũ hoste idem contra te usurpante, tũ loeuo pede in latus tuũ dextrũ si concesseris, capulo seculæ tuæ eius incisionẽ auertito uersus tuũ latus dextrũ, atq; loeuũ pedem aduersarij præfixũ perstringito. Sed si is te eodem modo inferne adpetierit, inferius manubriũ tuæ falcis sinistro pedi tuo præpones, et sinistrũ pedem dextro si adiunxeris, inferna ipius incisionẽ eo habitu repellas, Cæterũ subito si falcem leuaris, collũ ea demissa hostis proscindere haud cessabis, atq; ab eo recedere tutò curabis.

DVÆ INCISIONES QVIBVS BRACHIA PRO-
SCINDVNTVR.

6



AD eum congreſsū hoc modo te accomodabis, pedē dextrū prępones, manu dextra ſeculæ manubriū mediū appræhendas, ſiniſtra uero inferiori applicabis contra aduerſariū accomodata ſit falx in habitū ſuperioris inciſionis, atq; ea ratione exterius brachiū hoſtis dex-trū proſcindas. Sin aut is idem efficere fuerit molitus contra te, dextrū itidem præfigentem manū dextrā medię falcis anſę applicaris, ſiniſtrā inferiori manubrio contra aduerſarium capulo infero hoſtis conatū in nihilū rediges auertendo. Interea proſcindendo hoſtis brachiū dextrū interius, atq; de loco inferiori adgreditor. Verū ſi aduerſarius eadem moliatur, ma-nu ſiniſtra mutata, ea in mediū manubriū conijcias, et dextrā inferiori adaptabis. Si igitur prędictis ritè uſus fueris, aduerſariū aduerſum te laborante deuitabis. at confeſtim de loco inferiori brachiū eius dextrū proſcindendo ſauciabis, atq; retrorſum ab hoſte concedas in tutiſsima tui defenſione.

INCISIONIS HABITVS CONTRA FORMAM AVERSIONIS.



SI adinuicem congredimini ea ratione, quæ ex ſequentibus mox patebit, te copones in habitu modò prenominatu, pedem ſiniſtrum prepones, falcis manubriu mediu manu dextra continebis, inferius uero ſiniſtra pro corpore tuo porrectim, inde uero curabis, ut bra-chiu hoſtis dextru proſcindas. Sin aut is habitu eodem contra te fuerit uſus, aduerſus ho-ſtem pedem dextrum preponentem, ſecula manu ſiniſtra iuxta manubriu inferius continente, dextra uero mediu, contra hoſtem falce attollas, atq; exinde eius conatu repellas uerſus latus tuu dextru. Confeſtim uero brachiu ipius dextru falce foenaria ſauciabis. Veru ſi te eadem ratione ſtrinxerit, capulo falcis tuæ intra manu utrag; inciſione hoſtilem excipito, et re-moueto manu ſiniſtra de manubrio inferiori, pedem loeuu ſi repoſueris, hoſtis inciſionem deuitabis, Veru rurſus manu eadem capulu inferius ſi arripueris, ſiniſtrog; pede rurſus in-trogreſſus, dextra colli eius partem proſcindendo ſauciabis, et inde ab aduerſario recedas.

SVPERNA INCISIO CONTRA INFERIOREM.

8



In congreſsum eo modo te adaptabis ſequentis habitus, pedem dextrũ præponas, manu dextra falcis manubriũ mediũ contineas, manus uero ſiniſtra inferiori ſit adiuncta contra aduerſariũ porrectim, ſtatim itaq; inferne hoſtis ſiniſtrũ pedẽ prefixũ perſtringes incidendo. Sin uero is econtra habitu eodem uſus fuerit, tuq; ſiniſtrũ contra aduerſariũ prafixeris, falcem in latere dextro ſuſtuleris, manus ſiniſtra applicata capulo inferiori, dextra medio, collo eius, ſeculã adiunges de latere hoſtis ſiniſtro, et ſi eũ ex eo habitu uerſum te attraxeris, tũ eius inciſione inferam uitabis. Si uero te eadem ratioe fuerit aggreſsus, ab inferiori capulo manũ loeuã remouebis, falcis eius haſtulæ ea applica, ſurſum ſi poſtea leuaris, ſupernã inciſionem aduerſarij ea ratione repuleris. Cæterum manu ſiniſtra rurſus manubrio inferiori iniecta, ſi pede dextro retrorſum conceſseris, ſiniſtrũ pedem deſecare aduerſario poteris.

HABITVS AVERSIONIS CONTRA SVPERAM INCISIONEM



AD prædictum habitum ea ratione te compones, dextrũ pedem prefiges, inferiori anſæ falcis tuæ manũ ſiniſtrã adiunges, dextrã medio, porrectè contra hoſtẽ, atq; ex eo habitu caput eius proſcindendo appetas. Verũ ſi is idem uſurparit contra te dextrũ itidem pedem præfigentem, manuq; ſiniſtra tuo capulo inferiori applicata, dextra uero medio rectã pro facie tua, uerſus latus tuũ dextrũ aduerſarij conatũ capulo falcis repellas. Subito autem dextro in triangulũ concedas, atq; falce ſecundũ caput tuum poſita anteuerſum regenda collum de parte eius dextra adpetas. Sin aut is eadẽ ratione uſus fuerit, obuia hoſti procedendo, eius inciſione parte falcis tuæ exteriori repellito, ſed inſequutus confeſtim pede ſiniſtro, caput aduerſarij proſcindes, hoc itaq; negocio confecto, recedere ab eo licebit.

INCISIONIS SVPERNÆ HABITVS CONTRA EAM, QVA PVDENDA PERSTRINGVNTVR.

10



SI ad inuicem congredimini, in prędictum habitum ea ratioe te accommodabis, ſiniſtrū pedem præfigere memineris, manus dextra inferiori manubrio falcis in latere dextro ſit applicata, ſiniſtra uero medio, porrectim pro corpore tuo contra hoſtē, partem dextram eius colli ex ea forma celeriter proſcindas. Sed ſi is idem uſurparit, te contra ipm dextrū pręponente, continentęq falcis manubriū inferius manu ſiniſtra pro facie tua, dextra uero mediū, præparato in habitū inferæ inciſionis, hoſtis inciſionem ſuperā uerſus latus tuū dextrū falcis haſtula repellito, interim uero inciſioe, aduerſarij pudenda adgreditor intra eius pedem utrūq. Verū ſi is idem uſurpare uolet infernè, deorſum falcem tuā demitte, atq falcē hoſtilem capulo falcis tuæ fortiter reijcias, ex eo igitur habitu, ipius inciſio, qua pudenda adpetuntur, fruſtrabitur. Celeriter aut falce ſurſum leuata, dextram partem colli hoſtilis proſcindas, atq adeo acriter, ut concidere aduerſarius cogatur.

ICTVS DVO SVPERIORES TRIBVLI.




AD eum habitũ hoc modo te compones in congreſsu, pedem ſiniſtrum præ-
figes, tribulum iuxta partem inferiorẽ manu ſiniſtra capias, manu dextra tribuli
partem dependentem cũ fuſte coniunctim arripias, ex eo igitur habitu latus aduerſa-
rij capitis dextrũ quaſſato. Idem uero ſi hoſtis moliatur, te ſiniſtrũ itidem ꝓponente,
tribuliq; partem poſteriorẽ manu ſiniſtra tenente, dextra uero propendentem fuſti
adiunctam, tũ parte modo prædicta uerſum latus tuũ ſiniſtrum eius conatũ repellito,
inde aũt manus ſiniſtra in locũ dextræ ſubdatur, atq; pede dextro inſequutus, brachiũ
hoſtis ſiniſtrũ parte tribuli poſteriori pulſabis. Sin autem aduerſarius habitu contra
te eodem fuerit uſus, fuſtem tribuli in latus dextrũ deflectes, eaq; forma eũ repellito:
Hoc peracto in triangulum concedas, et ſi caput eius flagelli parte dependenti con-
cuſseris, ab eo retrorſum recedas.

ICTVS SVPERVS CONTRA HABITVM AVERSIONIS.



IN congreſsu contra hoſtem ea ratione, ſubſequenti ſcilicet, te accommodabis. pedem ſiniſtrũ præponas, tribulum iuxta partem ſuperiorẽ manu dextra contineas, ſiniſtra uero inferiorẽ, atq; ex ea forma parte tribuli propendente aduerſarij caput pulſato. Sin autem ratione conſimili ſupernè te aggreſſus fuerit hoſtis, contra eum pedem itidem ſiniſtrũ præfigentẽ, manu ſiniſtra tribulum iuxta locum inferiorem continentem dextra uero medio applicata, dextro inſequutus eum repellas uerſus latus tuũ dextrũ, porrò ſtatim ſiniſtro itidem conſequitor dextrũ corporis aduerſarij latus parte tribuli dependente conquaſsato. Hoſte aũt idem uſurpate, retrorſum pede loeuo concedes, et eũ tribuli parte propendente auertes in latus dextrũ, celeriter uero ex eo habitu in triangulum concedas, et ſi latus eius dextrum pulſaris, ab aduerſario te retrorſum conferas.

CONTACTVS EX PRIMO CONGRESSV. DVO PER FLAGELLA



HVNC in modum te componas, loeuu pedem præfiges, manu ſini ſtra tribuli partem poſteriorem in habitu primi contactus tenebis, dextrā uero medietati ſi adplicaris, latus capitis aduerſarij dextrū pulſabis. Verum ſi habitu eodem contra te uſus fuerit hoſtis, dextrū præponentem, tribuli me dium dextra continentem, manuq; ſiniſtra inferiorem, tū tribulo tuo eius ictui obuiabis, atq; tribuli haſtam aduerſarij ſi contigeris, ictum eius eo ha bitu repellas uerſus tuū latus ſiniſtrū. Verū inſequutus confeſtim pede ſiniſtro, corporis aduerſarij latus dextrū acriter tundes. Sed ſi is eadem ratione te fue rit adgreſsus, tum tribuli parte dependente eius ictū repelles in latus ſiniſtrū, interim uero ſi in latus hoſtis ſiniſtrū pede dextro conceſseris, caput eius quaſ ſabis ea parte tribuli, qua frumenta teruntur, atq; ex eo habitu retrorſum ibis.

ICTVS FORMA. QVA CAPVT ADPETITVR
CONTRA AVERSIONIS HABITVM.



IN congreſsu contra hoſtem eo modo te adaptare neceſse eſt, dextrũ pedem præponas, manu utraq; tribuli partem inferiorem contineas, atq; ex eo habitu latus capitis aduerſarij loeuũ concutias. Sin autem is te eo pacto fuerit adgreſsus, ſiniſtrũ præfigentem, dextrãq; medio tribuli adplicaris, poſteriori eiusdem parti ſiniſtra, atq; in libramine compoſitè, conſtiteris, ſiniſtrum pedem referes, et ictũ aduerſarij uerſus tuũ latus ſiniſtrũ tribuli fuſte repellas, at confeſtim ſiniſtro pede intrò ſi proceſseris, dextrum capitis eius latus pulſato. Verum ſi idem cõtra te moliatur, tũ in latus dextrũ hoſtis ictum auertes, interea aut loeuo rurſum inſequutus, latus capitis aduerſarij ſiniſtrũ ſi quaſsaris, ab hoſte recedere memento.

ICTVS SVPERVS EX FLAGELLO



QVVM Rite hoc habitu uti uolueris, dextrũ pedem ꝑpones, dextrã manum medio tribuli applicabis, ſiniſtrã parti eius poſteriori, et ex eodem habitu ſiniſtrũ pedem, quem aduerſarius ꝓposuit, tribuli parte dependenti tundes. Sed hoſtis ſi idem̃ fuerit molitus, loeuũ pedem referes, at confeſtim eundem contra aduerſarium intrò dirigito, eiusq; tribuli partem dependentẽ ſi pede calcaris, ictus ipius irritus fiet, Verũ celeriter ex eo habitu ſublato tribulo caput hoſtis quaſsabis, Vel humerũ ex latere dextro, hoc tñ ita fiat, ut brachia tua cancellentur. Sin aũt aduerſarius te eo modo fuerit adgreſsus, ſiniſtroq; pede tribuli partem propendentem conculcarit, tũ dextra manu rurſus haſtulam tribuli arripe, pedem dextrũ refer, tribuloq; fortiter uerſũ te attracto, eius ictum euades: Sed rurſus eodem intrograſsus celeriter, haſtula ſeu tribuli fuſte loeuũ brachiũ hoſtis ſi concuſseris, ab eo recedere licebit retrorſum.

RATIO SVPERNI ICTVS CONTRA MEDIVM.

6



AD Huius generis pugnã ita te accommodes, loeuũ pedem ꝓponito, manu utraq; tribuli fustem contineto ex latere tuo dextro contra hostem, ex eo igitur habitu, partem tribuli propendentem de latere hostis sinistro dextrũ uersus ex medio ictu quassando ilia diriges. Sed si is te eadem ratione aggressus fuerit dextrũ ꝓponentem, tribulo contra aduersariũ leuato manu utraq;, tum deorsum fustem inclinabis, eiusq; ictum si uersũ latus tuũ dextrũ auerteris, caput hostis parte tribuli propendenti tundes. Verũ si idem aduersarius moliatur, sinistrũ referes pedem, tribuloq; tuo sublato in latus sinistrũ eius ictum repelles, eodemq; rursus intrò procedes, latus sinistrum colli hostilis concuties, atq; ex eo habitu ab aduersario recedas.

HABITVS SVPERNI ICTVS CONTRA INFE-RIOREM.



IN hoc genus certaminis ratione, quę mox depingetur, ea corpus tuum compones. pedem ſiniſtrum prefigas, tribulum in libramine contineas cotra hoſtem, ita ut fuſtis in manu utraq terrę ſit propenſus, ac ex hoc habitu pe-dem ſiniſtrum, quem aduerſarius preposuit, parte tribuli penſili concutias. Sed ſi is idem contrà uſurparit, loeuũ retrorſum referas, eaq ratione eius ictũ ſi uitaris rurſum pede predicto intro procedas, dorſumq aduerſarij penſili par-te tribuli quaſsabis, hoſte in libra contra te conſiſtente. Sin uero te eadem ra-tione adgreditur, pedem ſiniſtrũ referes, atq flagello ictum eius in latus dex-trum corporis tui repellas. Verum ſi id confeceris, celeriter loeuo rurſus in-trò progreſsus latus dextrum corporis aduerſarij pulſato. Sed hoſtis si id re-mouerit, in triangulum concedas, atq ſi caput eius parte tribuli penſili con-cuſseris, ab eo recedere licebit.

DVO SVPERNI ICTVS.



QVVM Rite predicto iam habitu uti uolueris, pedem dextrum prepones, medium tribuli fustem dextra arripies, et sinistram parti eiusdem posteriori si adplicaris, brachium hostis sinistrū parte pensili pulsato. Sed si is te eodem modo fuerit adgressus, dextrū similiter preponentem, commemoratoq habitu flagellum tenente, Verum sinistra partem posteriore pectori tuo adiuncta, tum tribuli fuste repelles uersus latus tuū sinistrū, interim uero ex ea habitus ratione latus colli eius sinistrum feriundo quassabis. Aduersario aut eodem modo contra te utente, ictum in latus itidem sinistrū remoueto, post si passu gemino in triangulum concesseris, latus corporis hostilis dextrū acriter ferias parte pensili. Sin autem eū ictū excusserit, partem tribuli posteriore capitis eius lateri sinistro infliges, atq ab hoste recedes.

ICTVS DVO SVPERNI EX FVSTE AGRESTI.



IN congreſsu ad hoſtem ſic te adaptabis ad habitu ſupra commemoratum, pedem ſiniſtrum preponas, fuſtem manu utraq; ſublatum iuxta capitis tui latus dextrum contineas, atq; ꝫſequutus dextro, latus capitis aduerſarij ſiniſtrum pulſabis. Veru ſi is te eadem ratione adgreſsus fuerit, contraq; eum pedem ſini- ſtrum præfixeris, & ſecundum caput tuum de latere dextro fuſtem manu utraq; contineas. ſiniſtrū pedem referes, atq; ipius conatū ꝫ latus tuū ſiniſtrū fuſte deflectes tuo, Verum pede prenominato rurſus ꝫtrogreſsus, caput ad- uerſarij quaſsato. Sin autem is tuum concutere moliatur, pede ſiniſtro reducto, ꝫ latus loeuū hoſtis impetum deflectes, poſtea ſi ꝫ triangulum conceſseris, dextrū eius brachium feriundo concuties, et ex eo habitu ab hoſte recedes.

CONTACTVS VEL COLLISIO FVSTIVM EX PRIMO CONGRESSV.



AD eum habitum eo pacto te accommodabis, si rite cum aduersario con-
gredi uolueris, et more athletico, pes dexter sit præfixus, iuxta locu posteriorem
fustem contineas manu sinistra, dextra in medio fustis directe consistat, et si
aduersarius uicissim contra te dextru prepoſuerit, manu utraq fustem qualiter tu,
contineat, obuiamq feriat, tum uicissim obuiabis illi fustemq eius tuo continges,
idq si perfeceris, senserisq aduersarium fortiter tibi resistentem, pede sinistro in
latus eius dextrum si concesseris, dextru hostis brachiu conquassato. Sin aut
is te eadem ratione adgreditur, deorsum in latere dextro fustem demitte, et ho-
stis impetu repelle. Verum celeriter pede sinistro insequutus, caput eius de latere
itidem eius dextro si concusseris, retrorsum ab hoste recedere memineris.

ICTVS LOETALIS PER FVSTEM.



SIC te in congreſsu ad hoſtem adaptabis ad ictum loetalem, pedem ſiniſtrũ præponas, ſurſum fuſtem ex latere dextro lœuato, ſiniſtra manus parti eius poſteriori ſit adplicata, medio autem dextra, ex ea igitur corporis diſpoſitione pedem dextrũ contra aduerſarium diriges, et caput ipſius feriundo appetas. Hoſtis uero ſi idem contra te moliatur dextro contra eum te innitente, fuſtemq manibus ambabus loco fuſtis poſteriori applicatis, ſupra humerum ſiniſtrũ cõtineas, uerſum latus dextrum tuũ fuſtẽ retro caput collocatũ anteuerſum exeras, ut pars anterior eius deorſum uergat, et ea ratione te ab eius ictu defendas. Inde uero ſiniſtro pede ſi intrò proceſſeris, caput aduerſarij tundes ācriter. Sin aũt eueniat ut hoſtis caput tuum pulſare conetur, tum uerſum latus ſiniſtrum tuũ manibus cancellatis ictum hoſtis remouebis, Sed confeſtim fuſtem, eius collo ex latere ſiniſtro ſi infliges, concidere eo ictu aduerſarius cogetur.

FORMA ICTVS INFERI CONTRA HABITVM AVERSIONIS.

4



QVVM ad inuicem congredimini fustibus athletice regendis, propiusq; acceſseris ad hoſtem, dextrũ præponere nõ dubites, manu utraq; parti fuſtis poſteriori applicata fuſtem contineas, et hoſtis pedem dextrũ prefixum ferias. Si uero is te inferne adgreditur eadem ratione, dextrũ itidem pponentem, fuſte contineas manu ſiniſtra iuxta partem fuſtis poſteriore retro caput, manu dextra medium pro facie tua, tũ aduerſarij impetũ uerſus tuũ latus ſiniſtrũ repellas. Interim uero in latus eius dextrũ ſi lœuo pede conceſseris, pro uiribus fuſtem capiti hoſtis infligas. Verum ſi idem contra te is uſurpare conetur, dextrũ referas, atq; fuſte rurſus ſublato uerſum latus dextrũ ictum aduerſarij deflectes, et celeriter pede prædicto rurſus intrograſſus, rectà ſuperne caput eius concutere non dubites, atq; ex eo habitu retrorſũ ab hoſte recedes.

ALIA PLAGA LOETALIS.



IN eum habitum ita te in congreſsu contra aduerſarium componas, dextrum pedem prefiges, iuxta partem poſteriorem manu ſiniſtra fuſtem continebis, dextra medium fuſtis ſurſum leuata, ex ea igitur forma ſiniſtro intrò procedes, atq; pedem hoſtis dextrum, quē præpoſuit, conquaſſabis. Sed ſi is idem moliri conabitur, te dextrum præfigente, tenētēq; fuſtem brachijs cancellatis iuxta locum fuſtis poſteriorem ex alto, in latere tuo ſiniſtro, fuſtem anteuerſum diriges in latus dextrum, atq; ſi deorſum proclinaris, ictus aduerſarij irritus fiet. Confeſtim uero eius brachium dextrum pulſabis. Cęterum eo ratione cōſimili utente, eius ictum in latus tuum ſiniſtrum ſurſum remouebis, et ſi eum eiuſmodi habitu ſurſum compuleris, dextroq; inſequutus, intra aduerſarij brachium utrumq; caput ſi concuſseris, concidere eum adioes.

TERTIVS PRECEDENTIS HABITVS PER FVSEM AGRESTEM.

6



CVM ratione prenominati habitus athleticè uti uolueris, sinistrum pedem prefiges. partem anteriorem fustis terræ inclinabis, manum uero utrãq; posteriori adplicato, ex ea igitur corporis positione dextro pede introgressus, rotato fuste per humerum dextrum aduersarij brachium quassato. Sin uero idem moliatur contra te, pedem dextrum pfigentem, fustisq; mucronẽ anteriorem pro corpore tuo terræ inclinatũ continentem, dextra medium, sinistra uero posteriorem, dextrum referto, fustem sursum leuato, atq; ipsius ictum in latus tuũ dextrum remoueto. Verum ex ea habitus ratione caput hostis acriter quassabis. Sed si aduersarius te eodem pacto fuerit adgressus, eius ictu in latus tuũ sinistr, remoto. latus capitis aduersarij sinistrum pro uiribus si concusseris, pronus procidere hostis uix semiuiuus cogetur.

DVO ICTVS SVPERNI FVSTIS RVSTICI.



SI ad inuicem congredimini, propeq; ad hostem tu conceſseris pedem dextrum præponere neceſse erit, manu utraq; fuſtis partem poſteriorem contra aduerſarium ſi contiueris, latus eius capitis ſiniſtrum ferias. Sin autem idem contra te moliatur, pedem ſiniſtrum præfigentem, fuſtemq; manu utraq; itidem contra hoſtem continentem, ſiniſtrum pedem reducito, atq; eius impetum in latus tuũ dextrum fuſte remouebis, at celeriter pede commemorato introgreſſus, latus ſiniſtrum hoſtilis colli concutias. Verũ ſi uiciſsim is ſupernè habitu conſimili contra te feriat, dextrum referes, atq; ictũ aduerſarij ſupernũ repelles in latus tuũ ſiniſtr. Ceterum rurſus pede prędicto introgreſſus, in ſtatum, quo prius conſtiteras, peruenies, poteriſq; caput eius de latere ſiniſtro concutere fuſte tuo.

ALIVS ICTVS LOETALIS HABITVS.



IN habitu iam cõmemoratum sic te compones, dextrum pedem prẽponito, fustem manu utraq; pro facie tua contra hostem in alto contineto, atq; ex eo habitu sinistro pede introgressus totis uiribus caput aduersarij ferias. Sed si is idem contra te moliat, dextrum prẽponentem, fustem manibus ambabus iuxta partem posteriorem tenentem, anteriorem contra aduersariũ sursum, tum aduersarij conatum fuste tuo in latus sinistrũ remouebis, et si in triangulum pede sinistro uersus latus dextrum concesseris, brachium sinistrũ eius acriter ferias. Verum si modo eodem hostis fuste suo te repulerit, in latus suum dextrum, ex triangulo, dextro ingressus, fustem fronti hostis ictu letali infliges, ut supinus concidat.

FORMA PVGNANDI HASTVLA. QVA PERE" GRINANTES VTVNTVR. CONTRA ENSEM LONGVM.



IN haſtulæ habitum hac ratione te accomodabis, loeuũ pedem pponas, in latere dextro eam manu utraq; contineas, mucronẽ anteriorem contra hoſtem porrectum. Sin aut et is ſiniſtro pfixo uerſus te conſtiterit, atq; in habitu ictus ſuperni enſem leuarit, caputq; ferire molitur, tum celeriter mucro" nem haſtulę, hoſtis corpori impellito. Verũ ſi is idem contra te conetur, loeuũ pedem reducito, eiusq; haſtam tranſuerſario ferias in latere aduerſarij ſiniſtro, ea itaq; ratione eius impetũ repelles. Eo autem idem contra te uſurpante, cona" tumq; tuũ impediente, inſequutus pede dextro, mucrone haſtæ anteriori hoſtis corporis latus dextrum ſi fixeris, ab eo recedere poteris.

BIPENNIS CONTRA GLADIVM LONGVM.



AD habitum regendę bipennis, ſi rite & more athletarū te componere uoles contra hoſtem gladio utentem, pedem ſiniſtrū præfigere memineris, iuxta mu-cronē poſteriorē bipennē manu dextra contra hoſtem contineas, medio bipennis ſi-niſtra ſit applicata rectà pro facie tua ſurſum, ex latere tuo ſimſtro, ea igitur ra-tione confeſtim caput aduerſarij ferias. Verū ſi hoſtis ſupernè te adgreditur modo conſimili pręponentem itidem ſimſtrū, enſemq; ſuper humero dextro con-tinentem, manu ſiniſtra enſis nodum uerſus hoſtem, acie longa præmiſſa ſi eius bipennem concuſseris, ictus ipius irritus apparebit. Cęterum ſi ex eo ha-bitu in triangulū ſtatim conceſseris, caput eius ex latere ſimſtro aciem longam ꝓmittendo quaſsabis. Verū ſi is eadem contra te moliatur, gemino paſsu iſtando conſequutus, ſupernè et inferne contra ipm certabis pungendo dupliciter, atq; inde ab hoſte recedas.

LANCEA CONTRA ENSEM :



IN congreſsu ad hoſtem ſic te pręparabis, lœuũ pedem prefiges, lanceam anterius manu ſiniſtra contra aduerſariũ continebis, dextra lanceę applicabis retro pedem dextrũ in latere dextro, atq; ex eo corporis habitu uiſum eius appetito. Sed ſi is idem uſurparit contra te, pedem dextrũ præponentem, et in habitu mutatorij enſis tuus in latere ſiniſtro conſtiterit, mucro terrę inclinatus, ſi eũ leuaris, lanceaq; ipius concuſseris, impetus aduerſarij ea ratione in latere tuo dextro repelletur. Verũ ſi tua lanceam eo modo conquassarit ictu enſis ſui, lanceã deorſum dirigito, ſed confeſtim eã rurſus tolles, in medio lanceam ſtrenuè contineas, atq; latus corporis aduerſarij ſiniſtrũ tranſfigas. Sin uero te eadem ratione fuerit adoreſsus, tũ pro uiribus uiolentiſsimè aciem longam enſis tui, capiti eius infligito, at ſi is ictus non fiat quã celerrime, partes poſteriores tu feres.

BIPENNIS HABITVS CONTRA HOSTEM QVI TECVM ENSE PVGNAT.



SI habitu prędicto athletice uti uolueris, dextrū pedem prępones, bipennem manu dextra iuxta inferiorē eius partem femori adplicatā dextro contineas, ſini- ſtra uero medio contra hoſtem, mucro ſurſum uergat, inde mucrone anteriorē in uiſum infigito. Sin aut eadem ratione aduerſarius te adgreditur, in libra conſi- ſtentem, nec nō ſiniſtrū præpoſueris, enſis capulum manu utraq; in latere ſiniſtro contineas, mucronē contra hoſtem porrectum, aciem enſis tui longā eius bipenni adiungito, eoq; habitu impetū hoſtilem repellas uelim. Verū ſi id perfeceris dextro introgreditor, atq; enſe ultra caput tuum ſublato manibus inſtar crucis formatis, caput ipius hoſtis ſuperne aciem longa prędemittendo ferias. Aduerſario aut eadem moliente, bipennem retro caput collocatam anteuerſum exeras, atq; uiciſsim lami- na bipennis caput eius quaſſato.

ACINACES CONTRA GLADIVM LONGVM.



IN congreſsu ad hoſtem ita te compones: Pedem dextrũ præponito, contra aduerſariũ ſicam manu dextra contineas, ſiniſtra femori lœuo ſit adplicata, et ex ea forma celeriter caput hoſtis ferias. Sed ſi is te adgreditur ſuperne conſimili modo, ſiniſtrũ prefigentem, tũ brachijs cancellatis hoſti obuia ferias, et in latus dextrũ eius ictum repellas, at dextro pede inſequutus, enſe celeriter rotato, caput ex latere eius ſiniſtro ictu acriter ferias. Cęterum idem ſi is contra te moliatur, impetum eius in latus ſiniſtrum tuũ acinace repellas, interea aũt proſiliendo ſiniſtrum in hoſtis latus dextrũ dirigas brachiũq; dextrũ pulſato. Sin autem dextrũ tibi concutere moliatur, tũ enſem in latus dextrum inclines, atq; habitu eo aduerſariũ remoueas, ſed celeriter pede ſiniſtro introgreſsus, hoſtis pedem ſiniſtrũ, quem prefixerat, ferias.

ALIVS HABITVS ACINACIS CONTRA ENSEM.

6



Si ad inuicem congredimini hunc in modum te accommodato, pedem dextrum preponere memineris, ensem manu utraq; in capulo eiusdem contineas ex latere dextro, interim uero acie longa præmissa caput aduersarij sauciato. Sin aut is superne eadem ratione adgreditur te, sinistrum pedem pfigentem, acinaceq; manu dextra retro caput tuu subleuaris. Veru acies longa superior existat in brachio sinistro, mucro contra hostem sit porrectus, tu eius impetum uersus latus tuu sinistru repellas, atq; dextro si insequutus fueris, caput aduersarij ex latere sinistro quassato. Veru si contingat, ut is idem usurpet, ensem in latus tuu sinistrum inclina, acies ensis longa superne tame sit conuersa, eo igitur habitu eius ictum excipito. Subito aut acie longa premittendo dextrum pedem hostis ferias, et exinde retrorsum ab aduersario recedas.

PVGIONIS HABITVS CONTRA VTENTEM GLADIO HOSTEM.



PER eum habitũ ſi te contra aduerſariũ athletice uolueris componere, pedem ſiniſtrũ præponas, enſem aduerſus hoſtem contineas in tuo conſpectu, atq; ex eo corporis habitu caput eius concutias ictu. Sed ſi is idem contra te uſurparit, loeuũ prę ponentem, dextro celerrimè introgreſsus, ictum hoſtis pugione brachio dextro applicato iuxta capulum auertito, auerſo itaq; eius impetu, dextrũ brachiũ hoſtis arripe manu ſiniſtra interius ſupra enſis hoſtilis capulum directa, et ſi ea ratione ſuppreſſeris in latus tuũ ſiniſtrũ, pugionem vultui hoſtis impingas. Sin aũt is te cõſimili modo pungere conetur, tum manũ loeuã à nodo enſis tui remoueas, eaq; aduerſarij ſiniſtram apprehendas, eam ſi ſuſtuleris, punctione eius auertes. Interea pedem ſiniſtrũ reducito, manũ dextram uerſum te attrahito, leua aũt manu rurſus nodũ arripito, atq; ſi caput hoſtis ſauciaris, ab eo recedas.

ALIVS PVGIONIS HABITVS CONTRA ENSEM.



IN congreſsu hūc in modum contra aduerſariū te accomodato, pede ſiniſtrum prępone, enſem brachijs inſtar crucis formatis ex latere dextro contineas ita, ut mucro ſit aduerſus hoſtem porrectus, atq; ex ea forma mucrone pectori eius infigito. Sin autem is idem contra te uſurparit dextrū præſigentem, tenentēq; pugione manu dextra, et dextro brachio interius inpoſitum, ſiniſtra lœuo femori adplicata, tum pugionem enſi eius applica, et ſi firmiter in latus tuū dextrū remoueris, hoſtis punctione auertes, ſed pede ſiniſtro conſequutus manu ſiniſtra, aduerſarij dextram ſi adprehenderis, collum eius pungendo proſequitor. Sed ſi habitu eodem is fuerit uſus, manū hoſtis dextrā tua ſiniſtra arripe, et eius impetū inde remoueas in latus ſiniſtrum, interea ſi retrorſum conceſseris, dextraq; repente retraxeris, caput aduerſarij quaſſabis.

PVGIONIS CERTAMEN CONTRA SICAM

9




QVVM athletice agere uolueris in congressu contra hostem, dextrum preponas, acinacem uel sicam in habitu ictus inferi contineas, atq; sursum feriundo brachium eius dextrum pulsabis. Verū si is ratione habitus eadem contra te moliri conabitur, dextrū itidem prefigentem, tum pugione conatū hostis repellas exterius dextro brachio impositō, Interim uero manu tua sinistra eius dextrā exterius adprehensa, etsi pede sinistro retro hostis dextrū concesseris, pugionem uisui eius uel pectori illidito. Sed si is te eodem modo adgrediatur, aduersary dextra manu sinistra tua arrepta, si in latus sinistrū tuū propulseris, ipius impetum, quo minus ab ipso pugione pungaris, elides. Cæterum eā curā habebis, ut proximā eius nuditatem adpetas animosē, ubicunq; lędere hostem poteris, et inde retrorsum concedere memineris.

ALIVS PVGIONIS HABITVS CONTRA ACINACEM.



DEXTRVM pedem pponas in huius generis certamine, acinace ſublatum ſupra caput manu dextra teneas, quaſi ſeuerus appareas: etſi aduerſarius contra te pede dextro priori conſtiterit, pugionem brachio dextro exterius impoſitū tenens in ſui defenſioe, tū ſiniſtro intrò procedas, atq; ſi pugioñe adiuncto pariter brachio hoſtis captiuaris manu ſiniſtra, pro uiribus caput eius, acinacis uiolentia tui pulſare non dubites. Sed ſi idem aduerſus te moliatur, manu ſiniſtra eius brachio dextro interius apprehenſo, ſi firmiter in latus tuū dextrū propuleris, ſurſumq; caput uerſum pugioñe tuū leuaris, hoſtis ictū auerteris, ſubito aut ſiniſtro pede intrograditor, atq; manu ſiniſtra aduerſarij dextra arrepta, ſurſumq; acriter ſublata, punctione eius uiſum uel pectus adgreditor, et inde retrorſum concedas.

VENABVLI HABITVS CONTRA BIPENNEM



SI congredimini adinuicem, uolesq; inde è palęstra palmā auferre, ſiniſtrum prefigere memineris, Venabulum in latere dextro manu itidem dextra teneas, lœua ſit medio Venabulo applicata contra hoſtem, atq; ex ea forma corporis hoſtilis latus ſiniſtrū figito. Sed ſi idem is contra te moliatur, dextrum ꝓponentem, bipenneq; iuxta partem eius poſteriore in latere dextro manu dextra, laminam contra hoſtem tenentem, tu lamina tuę bipennis impetū hoſtilem in latus tuū ſiniſtrū repellas, at confeſtim inſequutus lœuo, pudenda aduerſarij punctione appetito. Verū ſi idem hoſtis conabitur, ſiniſtrū reducas parte Venabuli priori hoſtis impetū remouebis in latus ſiniſtrū. Sed ſi te eadem ratione repellere conabitur, laminā bipennis tuæ capiti eius infligito. Sin aut eueniat, ut is te ſupernè eodem modo adorediatur, ictui hoſtili obuiabis, atq; puoione ſupra brachiū eius ſiniſtrū gubernando collum hoſtis ſi tranſfixeris, concidere aduerſarius cogetur neſcius uitæ.

ALIA FORMA CERTAMINIS EX VENABVLO CONTRA BIPENNEM.

12



QVVM athletice hoc habitu pdicto uti uoluerís contra hoſtem procedens, pedẽ ſiniſtrum præponas, iuxta mucronẽ inferiorẽ Venabulũ dextra tenere nõ dubites, medio ſimi-ſtra ſit adplicata, in alto corã tuo conſpectu, caputq; aduerſarij animoſẽ Venabulo pulſabis. Sed ſi is uiciſsim caput tuũ concutere moliatur, te ſiniſtrũ itidem prefigente, atq; bipennis tuę mucronem poſteriorẽ dextra ſecundũ caput tenente, ſiniſtra uero adplicata eidem iuxta la-minã contra hoſtem, tũ lamina bipennis uerſus tuũ latus dextrũ eius impetũ remoueas uolo, Verũ mucrone anteriori ſubitò hoſtis pectus configito. At ſi is te figere conabitur, in latus dextrũ repellito aduerſarij punctionẽ Venabuli impetu, inde uero dextro pede introgredi-tor, Venabulo abiecto, manu ſiniſtra circa collum hoſtis regenda humerũ dextrũ adpre-hende, dextra uero pedem eius ſiniſtrũ, et ſi ex eo habitu ſurſum hoſtem leuaris, pronum eum proſternes, proſtratum itaq; tuo arbitrio tractabis.

TITVLORVM INDEX

Falcis foenarię: Tribuli: armorz contra varia arma: et fustis aorestis.

A

Acinaces contra gladium longum. 5.

Acinacis alius habitz contra ense longu. 6.

Auersionis habitz contra superna incisione. 4.

Alius precedentis modus. folio. 9.

B

Bipennis contra ensem longum. folio. 2.

Bipennis habitus contra hostem, qui tecum ense puonat. Fol: 4.

Brachij proscindendi due Incisiones. 6.

C

Caput quo adpetit ictus contra Auersione. 4.

Contactus vel colliscio Fustium ex primo congressu. Fol: 2.

Contactus duo per Flagella, seu Tribulum ex primo congressu. Fol: 3.

F

Fustis aorestis duo ictus Superni. 1.

H

Hastula puonandi forma, qualiter peregrinantes vtuntur contra ensem longu. 1.

I

Incisiones superne due Falcis foenarię. 1.

Incisiones inferę due. Folio. 2.

Incisiones medie duc. —— Folio. 3.

Incisionis Cancellate habitus contra Jn-
cisionem apertam. —— Folio. 5.

Incisionis forma contra Auersionem. fol: 7.

Incisio Superna contra Inferam. folio. 8.

Inferi ictus forma contra habitu Auersionis. 4.

L

Lancea contra ensem. folio. 3.

Loetalis ictus per Fustem. folio. 3.

Letalis plaga alia. folio. 5.

Tertius precedentis habit⁹ p Fustē agreste. 6.

Loctalis ic⁹ alius habitus. folio. 8.

P

Pugionis habit⁹ contra hostē gladio vtentē. 7.

Pugionis alius habitus contra ensem. 8.

Pugionis certamen contra sicam. folio. 9.

Pugionis alius habitus contra Acinacem. 10.

S

Supernus ictus contra Auersionem Tribulj. 2.

Superni ictus duo Fustis rusticj. fol: 7.

Superni ictus duo Tribulj. folio. 8.

Superni ictus duo per Tribulum. fol: 1.

Superni ictus habitus contra Inferiorē Trib: 7.

Superni ictus duo contra medium Trib: 6.

Supernus ictus ex Flagello. Folio. 5.

Supernę Incisionis habitus contra eam, qua pudenda perstinguntur. Folio. 10.

Venabuli habitus contra Bipennem. 11.

Venabuli alia forma contra Bipennem. 12.

VII.

INCISIO SVPERNA FALCIS FRVMENTARIÆ
DE LATERE VTROQVE.



SI mutuo congredimini falce rite regenda, dextrum pedem prepones, falcem manu dextra contineas iuxta latus capitis tui ſiniſtrum, ſiniſtra uero aperta contra hoſtem porrigas, et inde ſiniſtro ſequutus, caput proſcindas ex latere eius dextro. Sed ſi aduerſarius idem aduerſus te molitur, pedem ſiniſtru prepo-nentem, falcem manu dextra continentem, iuxtaq caput humero ſiniſtro recumbentem, ſiniſtram dextro adplicaris, tum aduerſariu uerſus latus dextru tuu falce tua repellas. Deinde manu ſiniſtra, dextra hoſtis correpta, caput eius lateris dextri ſauciabis. Sin aut aduerſarius te ſuperne ſimiliter adgreditur, dextra eius celeriter apprehenſa, inciſione ipius ea ratione auertes. Inde aut ſi extemplo dextra adtraxeris, proſcindere hoſtis pedem ſiniſtru prefixu tentabis. Verum ſi is idem conabitur, tum ſiniſtra, aduerſarij cubitum dextru interius obruas, dex-tra inde ſi retraxeris, mucronem falcis, capiti ipius impingas, atq retrorſu cocedas.

INFERIOR ET SVPERIOR INCISIO



In congreſsu mutuo, ſi te athletice prepararis ad certame, pedem dextrum præfixeris memento, contraq; aduerſarium falcem frumentaria dextra contineas, ſiniſtra uero ſub dextru condas brachiu, inde nitro pede ſiniſtro concedas, et de loco inferiori proſcindendo brachiu hoſtis dextru impetas. Sin aut dextru itidem pedem contra illu præpoſueris, atq; falcem in habitu ſuperne inciſionis dextra manu continueris, ſiniſtra uero ſub brachio dextro, tu eius conatum uerſus latus ſiniſtru tuu falce tua repellas, interea ſiniſtra, aduerſarij manu dextra correpta, de latere hoſtis ſiniſtro, collum falce proſcindas. Veru ſi is ſuperne te ſimiliter adoreditur, rurſu ſiniſtra manu, eius dextra adprehendas, uerſusq; latus ſiniſtru tuu ſi conatu eius auerteris, brachiu eius ſiniſtru falce perſtringas, atq; inde retrorſum concedas. Sed ſi aduerſarius retroceſserit. gemino gradu inſtabis hoſtem urgendo, et caput eius proſcindito.

INCISIO CONTRA HABITVM HOSTIS VELLENDI.



In hoc congreſsu, ſi ad hoſtem propius acceſſeris, dextrũ prẽponas, dextraq; falcem contra eum contineas, ſiniſtra uero femori ſiniſtro adplicabis, deinde ſi ſiniſtro pede fueris conſequutus, falce caput hoſtis perſtringas. Sed ſi is idem molitur contra te dextrũ prẽponentem, uerſusq; hoſtem falcem manu dextra tenueris, ſiniſtra femori itidem ſiniſtro adplicata, ipius impetũ in latus dextrũ tuũ repellas. Inde autem brachio eius dextro ſi falcem adplicaris, celeriterq; uerſum te uellito. Verũ ſi te ratioe eadem uellere conetur, tũ manu ſiniſtra, eius dextra adprẽhende, atq; ſi in latus dextrũ tuũ hoſtis impetũ remoueris, confeſtim caput eius lateris ſiniſtri proſcindito, atq; inde retrorſum concedas. Verũ ſi aduerſarius ſimiliter retro cõceſſerit, hoſtẽ acriter iſequendo urgeas, & manũ hoſtis dextra falce perſtringas.

SVPERNA ET INFERNA INCISIO



HAC ratione te accommodato contra hoſtem, tibÿs paribus erectus conſiſtas, dextra falcem contineas ſublatam, brachio directo ſurſum ſecundum caput, manu uero ſiniſtra femori itidem lœuo adplicabis, ex hoc ſi dextro intrò proceſseris, caput hoſtis falce proſcindas. Verū ſi idem contra te is uſurpauit dextrum prẽponentem, falcemq; dextra tenentem iuxta pedem prẽpoſitum, lœuā uero femori itidem lœuo applicantem, falce ſublata, eius inciſionem uerſus latus dextrum tuū remoueas. Inde autem ſiniſtro conſequutus, dextrū pedem prẽfixum hoſtis ſtringas. Sed ſi contingat, ut is inferiè eadem ratione te perſtringat, tu manu ſiniſtra eius dextrum cubitū exterius adprehendas, uerſum te adtrahas, et ſi falcem humero hoſtis dextro adplicaris, proſcindendo eum ſternas.

INCISIONES DVÆ. QVIBVS BRACHIA STRIN" GVNTVR

5



AD habitum modo prędictũ hoc te pacto adaptabis, dextrũ pedẽ prẽponere memineris, contra hostem manu dextra falcem contineas, sinistra coxę sinistræ adiungas, deinde brachiũ dextrũ falce stringas. Sed si eadem is molitur, te dextrũ prefigente, contraq; hostem dextra falcem tenente, tum sinistra, brachio eius ante" rius dextro applica, atq; hostis incisione sinistrorsum repellas: Prędictam manu firmiter si captiuaris, inde brachium eius dextrum falce sauciato. Veru si idem is usurparit, sinistra aduersarij dextra adprehendas, loeuo pede intrò concedas, dex" tra eius si supra caput sustuleris, atq; dextra tua confestim retracta, lumbos eius falce proscindas. Cæterũ hoste idem usurpante, manu loeua sursum ultra brachiũ ipius dextrũ regenda, eo habitu si firmiter uersus te adtraxeris, brachiũ hosti potes disrumpere, inde aut collũ eius impetas stringendo, atq; ab hoste recedas.

GEMINA INCISIO CONTRA GEMINAM AVERSIONEM.

6



IN mutuo congreſsu huius certaminis, ſi propius ad hoſtem peruenerīs, pedem ſiniſtrum prefiges, manu dextra falcem ſublatam contineas contra aduerſarium, atq; collum eius ex latere dextro perſtringas. Quū uero is ſupnè te eadem ratione adgreditur, dextrū prēponentem, contraq; hoſtem in habitu inciſionis inferę falcem contineas, tum ſiniſtra, eius dextrum brachium impetas, eodemq; ſurſum leuato, dextrū brachiū iuxta eiusdem axillam falce ſauciabis. Verum ſi is idem tentarit, ſiniſtra manu hoſtis dextra correpta, ſublataq;, eius inciſionē eo modo remoueris. Sed exinde dextra ſubito retrahas, dextrumq; pedem præfixū aduerſarij proſcindere conaberis. Hoſte aūt idem è contra uſurpante, dextra eius, manū ſiniſtra apprehendas, eūq; conatum hac ratione repellas, retracta uero dextra confeſtim, collum aduerſarij inciſione ſaucies, atq; ab eo recedas.

SVPERA ET INFERA INCISIO CVM SVIS AVER-SIONIBVS.

7



SI congredimini mutuo, ſiniſtrum prẽponas pedem, falcem dextra con-tineas ſurſum, contra hoſtem, atq; caput inde eius perſtringas. Sed ſi is ui-ciſsim ſuperne te ſauciare conetur, ſiniſtru te itidem prefigente, falcemq; dextra contra hoſtem in inferna inciſione continente, tum manu ſiniſtra eius bra-chiu dextru anteriori exparte impetas, et ſi idem ſubleuaris, inciſione aduer-ſarij ſupera remouere licebit. Inde aut falce ſiniſtru pedem pfixum poplitis hoſtis ſauciato. At ſi aduerſarius inferne ſimiliter te impetat, dextrum eius cubitum interius ſiniſtra econtra impetas cuq; firmiter eu remoueris, inciſione ipius repelles, retracta uero rurſum dextra manu celeriter adte, atq; proſcin-dendo dextrum hoſtis brachium adpetito, uerum ex hoc ab eo recedas.

BINÆ INCISIONES CONTRA EARVNDEM AVERSIONES

8



HAC ratione te in hoc congreſsu mutuo componas, ſiniſtrũ prẽponere memineris, falcem manu dextra ſublatam contineas aduerſus hoſtem, atq; colli partem ſeu latus ſiniſtrũ ſtringas. Cum uero aduerſarius conſimiliter te ſcindere conetur, dextrum contra ſe prẽponentem, tũ manu ſiniſtra, dextram hoſtis impe-te, eam ſi ſurſum leuaris eodem habitu inciſionẽ hoſtilem auertes. Inde uero falcem colli hoſtis parti ſiniſtrę impingere non ceſſes. Sed ſi itidem is ſupernè te fuerit ad-greſsus, manu ſiniſtra interius cubitũ eius dextrũ impetas, eaq; fortiter eũ remo-ueas in latus ſiniſtrũ tuũ, atq; hoſtis uim ita repelles, at ſubito inſequutus intrò dex-tro, ex eius latere ſiniſtro, dextra tua ſi adtraxeris confeſtim, latus ſiniſtrum cor-poris hoſtilis falce proſcindito, atq; tutò ab hoſte recedere curato.

ALIVS HABITVS PRÆCEDENTIS FORMÆ.



AD modũ iam ꝓnominatũ in mutuo congreſsu ita te adaptabis, dextrũ ꝓfiges pedem, manuq; dextra falcem contineas ex latere dextro ſublatã, ſiniſtra uero coxę ſiniſtræ adplicetur, ex ea igitur corporis tui compoſitione ſiniſtro conſequitor, et in latere ſiniſtro aduerſarij collum falce ſauciato. Sed ſi te eodem modo fuerit hoſtis adgreſsus, contraq; eum pedem dextrũ ꝓpoſueris, ſurſumq; falcem tuã dextra tendas, ſiniſtra coxę ſiniſtræ adplicata, tum manu ſiniſtra infernè ſurſum dirigenda, eius brachium dextrũ impetas iuxta humerũ, et ſi inde fortiter quantũ poteris eũ attraxeris, te ex eius inciſione deflectes, interea autem caput aduerſarij proſcindas. Si aut is uiciſsim caput ſtringere molitur, tum ſiniſtra, eius brachio dextro impetuoſè correpto, idq; ſi in latus ſiniſtrũ remoueris, inciſio hoſtilis repelletur. Inde autem negocio confecto, celeriter pedem dextrũ ab eo ꝓfixum falce adpetito, atq; inde recedito.

SVPERNA INCISIO CONTRA HABITVM AVERSIONIS.



AD eum habitu hac ratione te compones, ſiniſtru præponas, ſublata dextra contra hoſtem contineas falcem, et collum eius de latere dextro proſcindas. At ſi is eadem ratione te adpetierit, ſiniſtrum pedem pponentem, falcemq; ſuſtuleris itide dextra, media falce tua eius conatu repellas, ſubitò interea ſiniſtra manu eius cubitu dextru impetas obruendo, firmiterq; ſurſum leuabis: Verum derepente dextru adtra-
has, ac ſi dextro pede fueris inſequutus, de latere dextro collu aduerſarij proſcindas. Sed ſi hoſtis idem contra te tentarit, manu loeua eius brachiu dextru corripias interius, et ſi ſubleuaris, aduerſarij uim contra te conceptam auferes. Sin uero tu eadem ra-
tione fueris repulſam paſsus ab hoſte, confeſtim ſcindere eius ſiniſtrum pedem p-
fixum conaberis, et ſi adte eu uellendo contraxeris, proſcindendo eum ſauciare lice-
bit, uel proſternere.

DVÆ INCISIONES EXTERIORES.



IN congreſsu hoc ~~modo~~ compones te, dextrũ preſigas, contraq; hoſtẽ manu dextra falcem arripias, ſed ſiniſtra coxę ſiniſtrę adplicetur, ex hoc itaq; habitu, colli hoſtilis latus dextrum exterius conſcindas falce. Verum ſi is idem aduerſus te uſurparit, ſiniſtrum te preponente, falcemq; manu itidem dextra uerſus hoſtem continente, tum dextrum cubitũ aduerſarij, manu ſiniſtra exterius corripias, atq; ſi in latus dextrũ tuũ acriter remoueris, inciſio hoſtilis auertetur, inde uero curabis, vt cubitũ eius dextrũ exterius falce ſaucies. At ſi idem moliatur aduerſarius contra te, ſiniſtra manu, aduerſarij brachiũ dextrũ corripere nõ ceſſes, atq; eius inciſionem ea ratione repellas, Interea aũt dextra uerſum te retracta ſiniſtrũ pedem aduerſarij prepoſitũ ſtrenuè proſcindas. Sed ſi is conſimiliter te fuerit adgreſsus, tũ uim eius repellas manu ſiniſtra in brachio eius dextro. Sin aũt hoſtis te eadem ratione remouerit, repente dextrã adducas, et inde eius caput ſi proſcindendo ſauciaris, ab eo recedes.

INCISIO SVPERA CONTRA EAM, QVA LATVS IMPETITVR.

12



EX hoc congreſsu, ſi acceſseris hoſtem, dextrũ prẽponere memineris, et ſi manu dextra falcem ſurſum contra hoſtem contineas, caputq; eius proſcindes. Sed ſi idem contra te uſurparit aduerſarius dextrũ prẽponentem, uicisſimq; contrà falce dextra continentem in habitu medię incisionis, tum ſiniſtra manu, hoſtis brachiũ dextrũ anterius iuxta manũ corripias, et eo habitu ſi ſurſum leuaris, ſuperà eius inciſionẽ remouebis. Verũ celeriter dextrũ hoſtis latus falce ſauciato. Sin autẽ intelligas eo modo conſimiliter te adpeti, manu ſiniſtra aduerſarij cubitũ dextrum exterius impetas, et ſi firmiter uerſus latus dextrum tuũ repellas uim hoſtis, inciſionẽ eius decipies mediã, interim uero inſequitor pede ſiniſtro, atq; dextrũ pedem prẽfixum proſcindas, inde aut retrorſum ab hoſte recedes.

INCISIONES DVÆ, ADHIBITIS SVIS AVER-
SIONIBVS.



AD hostem ex eo habitu, hoc pacto accommodato te, dextrũ prepones pedem, recto brachio falcem uersus hostem porriges, atq; caput eius animose proscindere curabis. At si te sauciare fuerit uicissim conatus, aduersus se dextrũ prefigentem, contràq; falcem dextra in habitu superne incisionis tenentem, aduersarij tum cubitum dextrũ, manu sinistra exterius obrue, atq; si ex hoc subleuaris, eius incisione superna sustuleris, Interim uero aduersarij brachiũ dextrũ supernè iuxta manũ proscindas. Verũ si is consimiliter te conetur sauciare, tum pectori hostis, manũ sinistra adiungas intra brachiũ ipius utrũq;, lateris dextri, hoc modo eũ propellas, et ab eius incisione te securũ reddideris. Sed interea dextra uersũ te adtracta, dextrũ brachiũ proscindes hosti, atq; inde ab eo recedes.

BINÆ INFERIORES INCISIONES.

14



EX hoc congreſsu tibÿs paribus erectus conſiſtas, dextra falce frumentaria in latere itidem dextro contineas, Verum interea ſiniſtra eam arripias, dextraq; coxę dextrę adponas, poſt hæc ſiniſtrū, ſiniſtro itidem hoſtis pedi extrīus prępo- nas, et ſi ſiniſtrū prępoſitū eius pedem proſcideris, hoſtem eo habitu uerſū te adtra- hito. Sin autem idem contra te is uſurparit, humerū aduerſarij ſiniſtrum, manu itidem ſiniſtra impetas, et ſi uerſus latus tuū ſiniſtrum conuellas hoſtem, inciſione ipius repellas. Interim uero falcem pudendis eius retrò, intra pedem ipius utrumq; inÿcias, atq; inde uerſus te illum conuellas, eo igitur modo aduerſariū per ſiniſtrū pedem præfixum conÿcias licebit.

DVÆ INCISIONES MEDIÆ. VNDE HABITVS STERNENDI HOSTIS FORMATVR.



AD eum habitū hac ratione te adaptes neceſse erit, dextrum pedem prę-
pones, progq facie tua falcē dextra contra hoſtem tenebis, ſiniſtra uero coxę itidem
lœuę adplicabis, Interim uero ſiniſtrū pedē aduerſarij dextro exterius poſtponas, atq
habitu inciſionis, falcem circū lumbos lateris dextri eius feriundo adiunges. Verum
ſi vis te haud diſsimili ratione corripuerit, tū et tu uiciſsim habitu cōmemorato utaris,
atq inde uerſus te hoſtem attrahas. Sin autem ſuā vis falcem lumbis uiciſsim tuis ad-
plicarit, ſiniſtra dextrū eius cubitū interius impetas, uerſuq latus ſiniſtrū tuū, impe-
tū hoſtis repellas. Cæterū ſi eodē habitu fueris ab eo uiciſsim repulſam paſsus, mento
eius ſiniſtra correpto, ſurſum id ſurrigas. Aduerſario aut id moliente ſurſum te
uertente, falcē ſubito corripias, quaſiq ſupernè lœdere proſcindendo hoſtem uelis,
ſed deflectendo, brachiū eius ſiniſtrum ſauciato, et ea ratione te liberabis, ne mentum
tibi poſsit adprehendere. Sin autem idem ab hoſte fieri intelliges contra te, falce ab-
iecta, ſiniſtram collo eius ſupernè iniycias, dextram uero pudendis applices, ſiq eo
modo ſubleuaris hoſtem, in latus ſiniſtrum tuum eum proſternes.

MODVS, PER QVEM ADVERSARIO SOL CŌMOSTRATVR EX HABITV EIVS SVRRIGENDI ✓

16



QVVM ea forma rite athleticèq; uti uolueris, dextrū uersus aduersariū pedē ponēs, falcem dextra contra hostem in habitu infernę incisionis teneas, sinistra uero sinistræ coxę adplicetur, ex hoc igitur intrò procedas sinistro, falceq; dextro eius brachio applices proscindendo. Verū si idem media incisione contra te utātur, dextrū itidem prefigentem, tu falcis medio, impetū ipius repelles in latus dextrū tuū. Sed si tu ab hoste fueris eadem ratione repulsus, sinistrā, eius cubito dextro exterius applicabis, atq; inde eū in dextrū latus tuū remoueas. At si te is uicissim remouerit, tum falce tua de latere eius dextro circū lumbos diriges in forma incisionis. Cæterū aduersario idem contra te moliente, falce abiecta, dextrū capitis hostilis latus corripias manu dextra, lœua uero latus sinistrum, eo itaq; modo faciem contra Solem sursum aduersario couertas, simulq; eum in latus sinistrum tuum potes consternere.

HABITVVM FALCIS

frumentarie index.

A

Alius precedentis forme habitus. folio. 9.

B

Brachia quibus stringunt, due incisiões. 5.

E

Externe due Incisiones. folio. 11.

I

Incisio superna Falcis Frumentarie de latere vtroq;. Folio. 1.

Incisio contra habitu hostis vellendi. 3.

Incisiones due adhibitis suis Auersionib.) 13.

Incisiones due contra suas Auersiones. 8.

Incisio oemina contra oemina Auersione. 6.

Infera et Superna Incisio cu suis Auersionib). 7.

Infere Incisiones due. Fol: 14.

L

Latus qua impetitur contra eam, Incisio supera. Fol: 12.

M

Medie Incisiones due, vnde habity sternendi hostis formatur. Folio. 15.


S

Solis demonstrandi habitus. 16

Superna et inferna fnciſio. folio. 2.

S: Alia ſuperioris formę ratio. folio. 4.

Superna fnciſio contra habitum Auer„
ſionis. 10.


80


.VIII.

PRIMVS ACCESSVS AD LVCTAM



IN hoc congreſsu prima cura tibi ſit, num aduerſarius contra te brachijs ſublatis, uel demiſsis procedat. Si ſublatis, eius impetum metuere non erit neceſse, imo animo conatus conceptos audacter perficias. Sin demiſsis: pollices digitis incluſos contineas, atq; manum ſiniſtram lateri itidem ſiniſtro applicabis, dextra uero dextro, ita tamen ut pedem ſiniſtrum preponas, inde in habitum libræ ſi te compoſueris, quacunq; ratione te hoſtis fuerit adgreſſus, partes priores feres.

HABITVS PRIMVS QVO ADVERSARIVS CVBITO POTEST REPELLI, ET EIVS BRACHII CONATVS IN FIRMARI.

2



BRACHIO *ſiniſtro uel dextro ita in prędictum habitum componas te, ſimul atq; perſpicere quibis, qua ratione aduerſarius te adgredi uelit, pe dem ſiniſtrum præpones, manum ſiniſtram iuxta pedem lœuum arcte con cluſam tenebis. Sed ſi aduerſus te eodem modo hoſtis procedat, atq; manu lœua humerum dextrum arripere conetur, ſiniſtro pede prefixo, tum exte rius eius brachium, manu dextram concluſam circumflectendo repellas. et ſi eodem habitu ſuppreſſeris, hoſtis conatum impedies.*

HABITVS PESSVLATVS



SI aduersarius contra te animosè progreditur, habitum commemoratum iam, hac ratione usurpare licebit: brachium sinistrum aduersarij brachio itidem sinistro superinijcias, nec non eius pedem sinistrum supra genu arripias interius, eo igitur sublato, lœuum pedem eius dextro postponas: Sed omnino curabis, ut id simul cum manus gubernatione fiat, nam si id in ipso articulo factum fuerit, hostem prosternes, eumq; habitum ex latere utroq; exercere poteris.

RATIO, QVA MANVS IVNCTVRA INFIR-
MATVR

4



QVVM aduerſarius contra te procedit brachijs concluſis, thoracicq; ad-
motis, atq; manu ſua lœua humerum dextrum adprehenderit, tum bra-
chio hoſtis dextra pulſo manu exterius, arripe iuncturam manus eius
ſiniſtræ, ſiniſtram uero tuæ manui dextræ admoue, et ſi ea ratione uer-
ſus pectus manibus utrisq; hoſtis ſiniſtram depreſseris, ſeſe inclinare
urgebitur, verum ex eo habitu te de latere ſiniſtro in dextrum ſi conuer-
tas, per pedem dextrum hoſtem deijcias.

HABITVS STERNENDI ADVERSARII EX FORPICE APERTA.



IN congreſsu obſeruabis diligenter, ut ex forpice id eſt cum brachijs cancellatis conſiſtas, dextrā manū circū hoſtis collum dirigas, atq; diphterā coreaceā eius retro humerū collocatū quo ſolent athleticę artis magiſtri ueſtiri, apprehendere cures. Verum ſi is ſiniſtra ſe liberare conetur, eamq; exerendo per brachiū dextrū direxerit, manū tuam ut reſoluat, quā celerrime poteris, dextrū retrò hoſtis pedem utrūq; colloces, et inde, pectinem, ſeu pubem ſiniſtra arripias, et ſi ſubleuaris, dextrā collo hoſtili adplices, atq; in latus dextrū cū acriter urgeas, per pedem prepoſitum hoſtem proſternes.

MANVVM RETRACTIO.

6



SI ad inuicem proceſſiſtis, dextrũ hoſtis brachiũ adprehendes manu ſiniſtra. Sed ſi is brachiũ ſiniſtrũ ſupernè, ſuo brachio dextro deflectet extrinſecus, ſiniſtrã tuã derepente retrahas, eãq; ſi per hoſtis brachium dextrũ tranſmiſeris pectori adplicatã, fortiter eũ retineas, inde uero dextra retracta, pedem aduerſarij imũ arripias eadem manu, eundeq; ſubleua, interea ſiniſtrũ, eius itidẽ ſiniſtro pedi extrinſecus poſtponas, manu uero ſiniſtra, quã iuxta pectus adplicatã habueris, ſi firmiter remoueris hoſtem uerſus latus tuũ ſiniſtrũ, ſupinum eum proſternes.

HABITVS. VNDE SVB BRACHIO HOSTIS PO"
TERIS ELVCTARI SIVE ELABI .

7



IN congreſſu mutuo, dextra aduerſarij manū ſiniſtrā adprehende, atq; ſi eam ſuſtuleris, celeriter corpore toto tranſeas ſub eius brachio ſiniſtro, ita ta" men, ut ipius hoſtis brachiū ſiniſtrū, humero tuo dextro adplicetur. et ſi pede ſiniſtro adpetieris hoſtis dextrū, dexter tuus ex hoc habitu prior adparebit, inde autem manu ſiniſtra ilia eius circundato, hoſte igitur ea ratione adprehenſo, aſportare eum licebit.

AVERSIO EX LATERE VTROQ3



SI ad mutuicem fueritis progreſsi uterq3, lœuũ pedem hoſtis dextro ꝓponas, et exterius eius brachiũ ſiniſtrũ corripias. Si aũt idem is uſurparit, tum manu ſiniſtra, eius brachiũ dextrum interius iuxta pectus adprehendas, manu uero dextra pectus ipſius anterius. Sin autem is te eadem ratione fuerit complexus, dextro cubito, aduerſarij itidem dextrũ interius deflectas, et manum ſiniſtrã ſub brachio eius utroq3 exeras. Si itaq3 ſurſum leuaris, hoſtis oĩs conatus decipitur, et te pariter ab omni diſcrimine ſecurũ reddideris.

INTORSIO BRACHII SVPERIOR ET INFERIOR.

9



IN mutuo congreſsu ſi uterq; fueritis congreſsi, et hoſtis manu ſiniſtra brachiũ dextrum interius tuum corripuerit, tum pedem ſiniſtrum, eius dextro poſtponas, inde aũt dextra manu brachij partem ſuperiore ſiniſtri adprehendas, atq; ſurſum flectas. Sin autem is contra te idem uſurpa" rit, dextrã ſi ſub eius brachio dextro exeruerís, uerſus tuũ latus ſiniſtrũ flectes. Verum ſi idem hoſtis uiciſsim conetur, ſiniſtra repente attracta, dextro cubito eam aduerſarij adplicato, et ſi ſuppreſseris, ſuperne uero repuleris, per pedem ſiniſtrum hoſtem deijcies.

HABITVS ROTÆ. PER QVEM HOSTEM ROTARE VEL PRĘCIPITARE LICEBIT.



QVVM uterq; uos mutuo comprehendistis iuxta brachiorū flexurā, pedem tu utrūq; coniungas, atq; in latus dextrū hostem rotando ex habitu prędicto conijcias. Verū si is ratione eadem fuerit contra te usus, in humerum aduersarij dextrū caput tuū reclina, inde brachiū utrūq; dimittas, et supra brachium eius itidem utrūq; injcias interius. Sin aūt idem is usurpet, tu pedem dextrū, hostis sinistro intrinsecus pręponas, et hinc ex habitu rotę eum pronum precipites in latus sinistrum tuum.

ROTÆ HABITVS IN HOSIS CONSPECTV.



AD eum modum hac ratione te componere memineris, ad hostem intrò prosilias pede sinistro, eo tamẽ pacto, ut pedes ipius ambo, intra pedem tuum utrunq; consistant, inde musculos eius brachij sinistri, manu dextra, atq; sinistrâ sub alam hostis dextrâ inseras, posthęc eũ ex rotæ forma, id est, precipitando per pedem sinistrum deijcias. Sed si id ne tibi contingat, auertere uoles, dextrâ de humero ipius sinistro remouebis, et si eãdem collo eius applicaris, hostis uim atq; conatum infringes.

HABITVS PESSVLATVS.



IN prędictum habitum ſic te pręparabis, pede ſiniſtro inter pedem hoſtis utrũq; retro calcem dextram eius concedas. Sed ſi eadem ratione is contra te proceſserit, manu ſiniſtra corripe eius humerum dextrũ anterius, dextram uero retrorſum circum lumbos in auxilium manus tuæ ſiniſtrę, dirigas, et fortiter uerſum te adprimas hoſtem. Verũ ſi te is eodem modo complexus fuerit, eademq; fuerit uſus ratione comprimendi, tũ brachiũ ſiniſtrũ, eius itidẽ ſiniſtro ſuperinijcias, dextra aut manu pedem iuxta poplitẽ, opem ſiniſtræ laturus corripias, et ſi eo habitu ſuſtuleris, humeroq; lœuo abs te hoſtem remoueris, eũ proſternere poteris.

PEDVM COLLOCATIO. SEV INGRESSVS AD DITA FORMA ADVERSARII STERNENDI.



EX hoc habitu pedem ſiniſtrum, hoſtis pedi utriq; pponas manu dextrā, eius humero ſiniſtro extrinſecus imponas, dextram uero circum lumbos regendam lateri eius dextro adplicabis: Verū ſi hoſtis ſe liberare conetur, ſiniſtraq; manu, humerū tuum dextrū corripere, pro uiribus tuis cubitū dextrum, axillæ ipius ſiniſtræ impellas, atq; per pedem ſiniſtrū hoſtem ſupinum precipitando conſternas.

RATIO STERNENDI HOSTIS EX MENTI IMPVLSV.

14



IN hoc congreſſu lœuũ pedem poſtponere non dubites hoſtis dextro, lœuam manũ, eius mento ſupponas, dextra uero, brachiũ ſiniſtrũ prope humerum corripias. Et ſi hoſtis nititur ne concidere cogatur, comprehenderitq; brachio ſuo utroq;, tua brachia interius, tũ manu ſiniſtra mento ſuppoſita retrorſũ reprimas, ex eo igitur habitu reluctari nequibit, ne concidat, pro uiribus itaq; per pedẽ tuũ ſiniſtrum, hoſtem conſternas ſupinum.

EX INTORSIONE BRACHIORVM HABITVS DEIICIENDI ADVERSARII.



EA forma ſi rite uti uolueris, dextro pede proſiliendo hoſtis ſiniſtrũ pre-
cedas, brachiũ dextrũ retrorſum circa lumbos eius, uerſus hoſtis dextrũ
latus dirigas, manu aũt ſiniſtra, cubitũ ipius dextrũ corripias, atq; uer-
ſum te aduerſariũ in latus dextrũ tuũ attrahas. Sin aũt is proſternere
te conatus fuerit, tũ dextram ſupra pectus eius regendo, ſiniſtro humero
adplicabis, ſiniſtra uero manu latus itidem eius ſiniſtrum arripies, inde
dextro pede reducto, de dextra eius coxa, uerſus dextrum latus tuũ pre-
cipites, atq; eo modo hoſtem deijcies.

HABITVS, QVO ADVERSARIVM EX FORMA LIBRÆ, CVIVS ANTE HAC MENTIO FACTA EST, PROFERNAS.

16



SI mutuò fueritis congreſsi, dextrũ pedem, hoſtis utriq; ꝑponas, manu ſiniſtra, eius humerũ dextrũ adprehendere conaberis, dextram uero ſub eius brachio ſiniſtro dirigas, eaq; lumbis adplices. Sed ſi te eadem ratione adprehenderit, tũ brachio siniſtro ſupra hoſtis dextrũ regendo, ilia circundato aduerſarij, dextra uero manu, ſiniſtræ opem ferre non dubitabis. At ſi te eodem modo adprehenderit, conatusq; fuerit reluctari, nihilominus tamen per pedem utrunq; ex eo habitu, quo adprehendiſti hoſtem conſternes.

STERNENDI RATIO EX PRECIPITATIONE.



HAC ratione in prędictum modō habitum componas te, pedem dextrum, hostis itidem dextro interius pręponas, dextrā ſuper pectus eius dirigendo, lateri ſiniſtro adplices, ſiniſtra uero manu, pedem hoſtis dextrū ſuperne corripito. Sin aūt eodem modo te corripuerit aduerſarius, tum manū dextram, ſub eius brachio ſiniſtro, axillæ itidem ſiniſtræ ſupponas, ſiniſtra aūt, eius brachiū dextrū interius adprehendas, atq; ea ratione ſupprimere non ceſſes. Verum ſi is præcipitationem, quā inſtruxeras, remouere uolet, dextro hoſtis, ſiniſtrū pedem tuum ſi poſtpoſueris, per ſiniſtrū pedē aduerſariū humi proijcias licebit.

COMMVNIS STERNENDI RATIO.



SI adinuicem mutuo acceſsiſtis, ſiniſtrũ pedem, hoſtis pedibus utrisq; interponito, dextrũq; eius pedem retrorſum arripito manu ſiniſtra, dextra uero pubem hoſtis, atq; eum in latus tuũ dextrũ rotato. Sin aũt is idem fuerit molitus, pedem lœuum, hoſtis itidem lœuo ſi miecerís, procidere aduerſarius cogetur.

STERNENDI RATIO EX LIBRA.



HOC modo te adaptabis in habitũ prẽnominatũ: intrò procedas animoſè pe-
de ſiniſtro, ilia hoſtis, dextra manu circundabis lateris ſiniſtri, atq; ſiniſtra dex-
trum eius pedem ſupernè adprẽhendas. At ſi te eadem ratione fuerit complexus
aduerſarius, tu uiciſsim latus eius dextrũ, manu circũ ilia ducta corripias ſini-
ſtra, dextra uero, pedem ipius ſiniſtrũ ſub brachio aduerſarij itidem ſiniſtro tra-
ducta adprẽhendas. Si itaq; alter alterũ pari ratione ex habitu libræ fuerit cõplexus,
pedem dextrũ ſi eius lœuo prẽpoſueris, ex eo habitu per pedem prædictũ hoſtẽ ſternas.

DEIICIENDI MODVS EX FORTITVDINE.



IN hoc mutuo congreſsu, pedem lœuũ, hoſtis dextro exterius poſtponas, latus dextrũ eius, manu dextra corripito, ſiniſtra aũt circundabis ilia ipius. Sed ſi pari modo te adprẹhenderit, tũ ſiniſtra manu ſuper eius brachio dextro directa, latus dextrũ aduerſarij corripias, dextra uero ilia eius circundato, openq; ſiniſtræ ferto manui pari fortitudine. At ſi pariter utriq; fueritis uos mutuo complexi, pedem ſiniſtrum, hoſtis dextro prẹponas, ilia ſi uerſum te pro uiribus attraxeris aduerſarij, pectoriq; eius, mentum applicaris, ex eo modo ſupprimito, atq; per pedem ſiniſtrum hoſtis proſternetur.

STERNENDI RATIO EX IMPVLSV MENTI VEL GVTTVRIS.



AD eam pugnam hac ratione te accommodes neceſse erit, pede ſiniſtro in latus hoſtis dextrũ concedes, eũq; retro pedem eius utrũq; exeres, inde manum ſiniſtrã collo eius applices, dextrã autem ilijs circundatis latus hoſtis dextrum corripias. At ſi is reluctatur, dextrũq; cubitũ manu ſua ſiniſtra adprehenderit, circundederitq; ilia uiciſsim tua, latus dextrũ corripiendo, atq; eo modo te remouere conetur, tũ ſuperniè collũ eius urgendo retrorſũ, per pedẽ ſiniſtrũ hoſtem deijcias.

HABITVS STERNENDI EX MEDII CORPORIS INFIRMITATE.

22



IN eius pugnę habitum, postquã congressi fueritis, hoc modo te compones, longius pedem dextrum, hostis sinistro postponas, manu sinistra, sursum pedem eius dextrũ adtollas interius, dextra uero circa lumbos diducta, latus dextrum corripias. Verum si aduersarius eadem ratione te adprehenderit, conetur̃q; te prosternere, tum medium hostem brachijs utrisq; adprehendas, atq; firmiter uersum te adtrahas. Sin idem is contra te usurparit, retrorsũ nonnihil cedas, dextro eius pede sublato, in latus dextrum tuũ hostem prosternes.

COMMVNIS LVCTÆ FORMA ET EFFIGIES.



IN hoc acceſſu mutuo, pedẽ ſiniſtrũ, hoſtis utriq; interponito pedi, atq; eũ iuxta collum mento ſupprimito. At ſi in libræ habitũ ſeſe adaptarit, deorſũq; ſe deflecſet, manũ ſiniſtrã pedi hoſtis utriq; inſeras, ilijs uero manu dextra circundatis, latus dextrum adprehendito, atq; uerſum te adtrahas. Sin autem is te pari ratione fuerit complexus, retrorſũ ilia ipius brachio utroq; circundato, et ad te comprimas hoſtem. Eo autem eandem contra te rationem uſurpante, menti impulſu eum repellas, inferne uero ſurſum ſi leuaris, ſupinus ruere cogetur.

STERNENDI HABITVS PER COXAM.



EA, quę mox ſequetur, ratione ad habitum iſtum accommodabis te, dextrum pedem, aduerſarij itidem dextro prępones, lœuam eius axillam manu dextra adprehende, ſiniſtra uero corpore hoſtis circundato, auxilium dextrę ferto. Sed ſi is pari modo te adprehenderit, corpus ipius, manu dextra ſuper pectus regenda, circundabis, ſiniſtra aut brachij partem ſuperiorē firmiter adprehendes, inde dextrum, pedi ſiniſtro tuo pręponas, atq; ſi per coxā dextrā rotaris hoſtē, corruet.

EX LIBRA STERNENDI RATIO.



Si in conſpectum aduerſarij peruenieris, pedem ſiniſtrum, eius pedibus ambobus præponas longiuſculè, ilia manu dextra hoſtis circundato, atq; ſuper pectus regenda ſiniſtra, corpus itidem complectitor ita, ut dextræ ſubuenias manui. Sed ſi aduerſarius pari ratione te adprehenderit, tũ manũ ſiniſtram brachio eius dextro ſuperiniycias, corpus hoſtis circundando in auxilium lœuæ manui, inde in habitũ libræ te prepares, et ſi eum ſuper pede ſiniſtro rotaris, ſuſtentare ſe nequibit, quin concidat.

STERNENDI HABITVS ADDITO MODO
BRACHII INFRINGENDI.



HOC modo te componas in modum prenominatū. Si hostis parte anteriorem brachij sinistri tui interius corripuerit manu dextra, sinistram uero collo apposuerit tuo ita, ut conetur te attrahere uersum se, tū brachiū dextrū super hostis humerū injce supernè, sinistra uero manu corripias eius cubitum dextrū, inde si pedem dextrum longius prepposueris, atq; supernè firmiter suppresseris, brachium hostis disrumpes, uel si mauis, per pedem prefixum eum prosternere poteris.

HABITVS, VNDE ADVERSARII BRACHIA AD" PREHENDERE ET CAPTIVARE LICET, ADDITA FORMA EIVSDEM PROSTER" NENDI.



EX hoc congreſsu, iuxta hoſtis pedem ſiniſtrum, tuũ pedem dextrum ponas interius, et manu utraq; , anterius eius ilia adprehendas. Sed ſi is pari ratione contra te fuerit uſus, brachijs tuis utrisq;, aduerſarij bra" chijs itidem utrisq; ſuperiniectis, cubitos eius firmiter inferne coprimito, Inde ſi ſurſum leuaris, atq; ſuper pedem dextrum precipitaris, hoſtis ſe ſe continere non poterit, qui ne concidat.

SI FVERIS AB HOSTE CORREPTVS. RATIO LI"
BERANDI.



AD hostem pede sinistro introgreditor, atq; manu utraq; eius ilia anterius adprehendito. Sin aut is simili ratione aduersus te utatur, utrūq; cubitum tuum intra brachia eius inseras, inde uero te in libra coaptabis corpore pro" no, atq; eos rursum exeras, postea manū utraq;, aduersarij cubitis suppo" nas, sicq; sursum eos sustuleris, et pedem sinistrum, eius itidem sinistro in" ieceris, supinum hostem prosternes.

IRRVPTIO. ADDITO PARITER MODO HOSTIS STERNENDI.

29



HAC ratione te compones in congreſsu contra hoſtem, manũ utrãq; tuam humiliter teneas. Sed ſi aduerſarius contra te procedat, brachijs ambobus, pedem eius utrũq; adprehendito, nec non eum uerſus te attrahito. Verum ſi hoſtis utatur modo eodem, tum eius humerũ utrũq;, brachio utroq; ſupernè adprehendas. Sed ſi is pari te ratione fuerit complexus, pariterq; ſecum te proſternere conetur, pedes tuos latius diſiungas, atq; ſi per utrũq; hoſtem traxeris, pro arbitrio tuo eum conijcias licebit.

RATIO STERNENDI EX PEDIS INIECTIONE VEL IMPVLSV.



IN huius certaminis effigie et habitu, ita te adaptes erit necesse, sinistrū pedē hostis dextro interius preponas, hostem medium manu utraq; corripias fortiter, atq; pro uiribus eum attrahas. At si is te pari ratione complectatur, tū manum dextram, mento hostis supponito, atq; retrorsum eum agito urgendo. Verum ex ipso actu, aduersarij popliti loeuo pedem dextrum si miseceris, facile eū pro sternes, atq; hic habitus ex utroq; latere procedit, uel poterit formari.

RATIO QVA TE LIBERARE POTERIS. NE BRACHIA TVA INTERCLVDANTVR.



LOEVVM pedem in hoc habitu preponas, pectus hostis de latere sinistro corripias manu dextra, at sinistra, humerum eius dextrum. Sin aut is te eadem ratione adprehenderit, dextrū pre" ponentem: tum eius dextrā exterius, brachio tuo sinistro uersu pectus tuū, si compresseris, hostis se inclinare urgebitur, dextra uero manu, eius humerū lœuū corripias, atq; eum attrahas ea ra" tione: inde aut manū sinistram eius pudendis seu pectini supponas, dextrā uero collo ipius si circupoſueris, ex habitu forpicis hostem pro" sternes.

INTORSIO BRACHII, ADDITA PARITER STER-NENDI RATIONE.



SI hostem contra te procedere cernas, dextro pede uicissim aduersus eũ introgreditor, sinistrũq; brachiũ, hostis cubito dextro supponas, atq; ad te eum eadem ratione attrahas, et incuruabitur, at in eo ipso actu, dextrã eius manũ, tua sinistra corripias, deorsumq; eius brachium deflectas, atq; ea ratione eius brachiũ disrumpes. Sin aut pari modo te adprehenderit, tum sinistra, hostis brachio dextro correpto, si firmiter eo habitu suppres-seris, te liberũ, atq; ab omni brachij periculo, securũ reddes, inde autem ma-nũ sinistrã celeriter anteriori colli parti adplices, et si pedem sinistrũ, aduer-sarij dextro postposueris, per eundem eum prosternas.

ATTRACTIO HOSTIS. VNDE RATIO STERNEN"
DI FORMATVR



SI aduersarius pectus tuū capite ſuo feriat, confeſtim utrāq; manū, collo eius iniycias, atq; diphteram eius, quo ueſtitus eſt, corripias, interim dili" genter obſerues, ut in habitu libre conſiſtas. Verum ſi hoſtis eadem rati" one te complexus eſt, tum eius brachiys utrisq; tua itidem ſuperiniycias brachia. At ſi is idem uiciſsim uſurparit, ſiniſtro pede relato, eum ſi celeriter quantum poteris attraxeris, aduerſarium proſternes pronum.

TRANSITIO VEL TRANSVERSVS PER BRACHIVM SEV SVB BRACHIO

34



AD eam congressus pugnam hac ratione te componas, manu dextra, aduersary sinistram corripias, nec non eam sursum tollas, inde caput tuum sub ipius brachio lœuo exeras, et sinistrum pedem, eius itidem sinistro ponas, inde manu sinistra pedem ipius itidem sinistrū adprehendas, ex hoc itaq; habitu erigas te, sursumq; hostem si sustuleris, eum prosternere, uel, quocunq; uolueris, asportare licebit.

CONVERSOR. QVO CONVERTI HOSTIS POEST.



SI in hostis conſpectum acceſseris ea ratione te componas neceſse erit, Quum is contra te pedem dextrum prefixerit, dextrum itidem preponentem, manu ſinistra aduerſarij ſinistrum corripias, dextram uero, eius cubito ſiniſtro ſuppo" nere memineris, eo itaq; habitu eum conuertes, ita, ut tibi tergum prebere opor" teat, inde autem pede ſinistro conſequitor, atq; ſi ſuperne eum propuleris, pronus corruet aduerſarius.

IACTVS EX HABITV LIBRÆ.



IN hac forma certaminis, ſi propius ad hoſtem acceſſeris, ſiniſtrum pedem prę-
ponas, atq; deorſum te in libram proclines. Verum ſi is pari modo contra te con-
ſiſtat, tum ſecundum hoſtem in triangulum procedas, inde manum dextram retror-
ſum pedibus eius interponas dextrum pedem corripiendo, et eundem ſurſum tollas,
brachium uero ſiniſtrum collo ipius circuponas, ita, ut manu ſiniſtra pectus eius
adprehendas, ex eo igitur habitu acriter deprimas, dextra autem ſurſum ſi leuaris,
aduerſarium per pectus pronum precipites licebit.

INTROITVS ADDITA FORMA CAPTIVANDI BRACHII.



IN hoc congreſſu ſiniſtrum pedem prępones. Sin uero hoſtis contra te dextrum prefixerit, atq; te corripere conetur, tu curabis ilico, ut manu dextra, pollicem itidem dextrum aduerſarij adprehendas, ſiniſtra uero humerum eius exterius. Sin autem te pari modo corripuerit hoſtis, uerſumq; ſe trahere moliatur, tum ſiniſtrum pedem, eius pedi utriq; interponas, inde dextrum hoſtis cubitum manu ſiniſtra adpræhendas, et ſi ex eo habitu ſuppreſſeris, tuū pollicem dimittere cogetur aduerſari? Poſthæc manū ſiniſtram, collo ipius iniycias anterius, atq; per pedē præpoſitum eum proſternas.

IACTVS EX HABITV FORPICIS.



QVVM in hostis conſpectum conceſſeris, Si is contra te dextro pede proceſſerit, tum reſiliendo pedem ſiniſtrum, eius dextro poſt- ponas, manu ſiniſtram, ſub aduerſarij itidem dextra exeras ſupra pectus eius collo eandem adplicando, inde dextra pedem hostis dex- trum ſuperne corripias, ſi ex eo habitu ſuſtuleris, ſuperne aute pro uiribus ſuppreſſeris, ex habitu forpicis eum proſternes.

RATIO HOSTIS STERNENDI PER COXAM.

39



PEDEM *in hoc acceſsu contra hoſtem dextrum pręponas. Sed ſi hoſtis ſiniſtro conſiſtat innitens, diligenter curabis, vt ipſius ſiniſtram manum, tua itidem ſiniſtra corripias, atq; uerſum te aduerſarium attrahas, inde autem retrorſum illis eius, manum dextram circumponas, et per coxam dextram hoſtes ſternas.*

RATIO SVPRIMENDI



SI ad inuicem fuistis congressi, pedem sinistrum, aduersarij dextro post-
ponas. Verum si is contra te dextrum preposuerit, nec non manu sini-
stra, pedem dextrum superne corripuerit, et dextram intra brachiu tuu
utrumq; iniecerit, tum manu tua sinistra confestim collum aduersarij su-
perne adprehendas. manum uero sinistram si eius axillæ dextræ suppo-
sueris, deorsum hostem pro uirili supprimas.

STERNENDI HABITVS EX FEMORE.



IN hoc aduerſus hoſtem congreſſu ita te componas. Si hoſtis contra te dextro pede conſtiterit ita, ut eius pes dexter, exterius dextro itidem tuo aſſiſtat, tum manu ſiniſtra, ilijs hoſtis circundato, dextrã uero cubito eius ſiniſtro applicato, atq; adte eum attrahas. Sed ſi is te pari ratiõe adprehenderit, dextram collo hoſtis retrorſum circumijcias, & uerſum te ea ratione eum attrahito. Verum ſi aduerſarius tuus idem uſurpet, genu dextri pedis, eius itidem dextrum poplitem quaſſato, atq; ea ra" tione ex femore ſiniſtro hoſtem deijcies.

PRECEDENTIS HABITVS ALIA EFFIGIES,

42



CVM in conspectum aduersarij acceſſeris, introgredi tor pede ſiniſtro. Sed ſi is uiciſsim contra te dextro conſiſtat, ſedulo curabis ut manum lœuā ſupra hoſtis dorſum dirigas adprehendendo humerum ipſius ſiniſtrum, dextra uero pedem eius dextrum ſuperne corripias, atq; ſur-ſum egregiè ſubleues. Sin autem te pari modo comprehenderit aduerſa-rius, tum manu dextra collo eius circumregenda, humerum hoſtis dextrū adpræhendito, ſiniſtra aūt, eius brachiū dextrū. At ſi ſuſten-tare ſe conetur, ne corruat, inferne ſubleues, ſuperne autem ſi ſupreſſe-ris, ex femore ſiniſtro hoſtem proſternes.

STERNENDI HOSTIS IMAGO DE LATERE SINISTRO.



HAC ratione te ad hanc pugnã adaptabis, ſiniſtrũ pedem præfigas, brachiũ ſiniſtrũ regendo ultra hoſtis humerũ dextrũ, collo ipius adplices, atq; ſiniſtra manu eũ propellito, inde aũt dextra, aduerſarij pede itidem dextro exterius correpto, eũ hac ratione ſubleues. Verum ſi is pari modo te adprehenderit, tũ manu dextrã ſub eius brachio lœuo exerendo, collo applices, ſiniſtra aũt pedẽ hoſtis ſiniſtrũ infernè corripias. Sin aũt is tuos conatus in nihilũ redigere conabitur ſeſe defendendo, in latus ſiniſtrũ tuũ hoſtẽ precipites, atq; per lœuã coxam eũ proſternes.

ATTRACTIO. QVA ADVERSARIVM VERSVS TE ADTRAHERE LICET. ADDITO HABITVM EIVS STERNENDI.



SI ad hostem prope accesseris, intrò procedas pede sinistro, atq; cures, ut manu dextra hostis itidem dextram corripias, et pectori tuo eũ adplices, Sinistram uero, humero eius dextro, et ea ratione sursum subleues: At si is contra te idem usurparit, tum dextrũ pedem, aduersarij sinistro post pones, indeq; manu sinistra eius pubem corripito, supernè autem pectus eius, dextro cubito urgeas, et hoc habitu eum per pedem dextrũ sternes.

RATIO ET FORMA, QVA HOSTEM SVBLEVES, ATQVE INDE PRONVM PROIICIAS.

45



QVVM hostis in habitu pedis iniiciendi consistat in conspectu tuo, diligenter curato, ut pede sinistro, eius dextrū excutias, inde eundē, manu tua dextra corripito, atq; eum sursum tollito. Verū si is eadem ratione te adprehenderit, tum brachium dextrū collo eius circūponas, humerūq; dextrū corripias, sinistra uero brachiū ipius dextrum. Verū si hostis elabi nitatur, in habitū libræ deorsum te præpares, et retrorsum manū lœuā ilijs eius adjcias, inde eripias te, atq; sursū hostem præcipites.

PROHIBITIO PRÆCEDENTIS HABITVS.



PEDEM in hoc certamine ſiniſtrũ intropones, dextra manu, ſiniſtrũ aduerſarij brachiũ corripies, ilia aũt manu ſiniſtra circundabis, atq; inde ſi te deorſum in libra demiſeris, hoſtem ſurſum ſubleuabis. Si autem is eundem contra te habitũ uſurparit, tamet ſi tu dextrum pedem, eius utrisq; interpo- ſueris, tũ dextram circa collum directam, eius axillæ dextræ adplicabis, ſi- niſtram uero, cubito hoſtis dextro, atq; eo modo eius alleuationẽ impedies, inde aũt curabis, vt aduerſariũ per pedem dextrũ proſternas præcipitando.

IACTVS EX IMPVLSV PEDIS.

ITA te in hac pugna contra hostem fac componas, dextrum pedem prefigas, sinistro autem retrò calcem ipsius itidem sinistrum concedas, inde manu sinistra circundatis ilijs, sinistrâ axillam corripito, dextram uero, hostis cubito sinistro exterius si adplicaris, hostem uersus te adtrahas. Pari aut ratione si hostis usus fuerit, circumposita manu dextra collo aduersarij, humerum dextrũ fac adprehendas, sinistra aut, brachium ipsius, inde si pede dextro pedem hostis sinistrũ impellas, de latere tuo dextro in sinistrum rotabis aduersarium.

PROHIBITIO FORMÆ PRÆDICTÆ.



QVVM in aduersarij acceſſeris conſpectum, dextrum pedem, hoſtis, ſiniſtro inijcias pedi, atq; dextrũ brachiũ collo eius circumijcias, manu autem ſiniſtra, dextrum cubitũ aduerſarij corripias interius: At ſi is pari te ratione fuerit complexus, idemq; te contra uſurpare conetur, manũ utrãq; aduerſarij collo adplices ſuperne, eo itaq; habitu ſupinus corruet, pariterq; habitus pedis impulſus in nihilum eſt redactus.

HABITVS STERNENDI HOSTIS EX ROTA.



EX hoc congreſsu contra hoſtem ea ratione te compones, dextrũ pedem, aduerſarij utriſq; interponas, atq; humero eius ſiniſtro, bra-chium dextrum ſuperinijcias. Verum ſi aduerſarius idem molitur, tum dextrã collo hoſtili adplices, nec non anterius deorſum ſuppri-mas. At ſi hoſtis id impedire conetur ſiniſtra, manũ ſiniſtram, eius utriſq; pedibus inijcias, et ſi eum in latus dextrũ tuũ rotaris, ex habitu Rotæ hoſtem proſternes.

IACTVS EX IMPVLSV PEDIS IN ADVERSARII POPLITEM.



SINISTRVM in hoc certaminis genere pedem præponito, atq; manu sinistra, supernè aduersarij humerū sinistrū adprehendas. Sed si is idem contra te usurparit, tum brachium sinistrū, eius collo adplices, atq; te accommodes, quasi dextrū pedem, hostis pedi uelis inijcere, inde autem dextro cubito pectus eius impellas, et si fortiter in dextrū latus tuū hostem reprimas, nec non pedem tuū, eius pedi inijcias, supinum hostem uersus latus dextrum tuum prosternes.

HABITVS STERNENDI EX PESSVLO



SI congreſsi fueritis utriq, tum tu qui athleta uideri cupias, hoſtis pedi utriq, ſiniſtrum pedem poſtponas, atq dextra, ſiniſtru ipſius cubitu exterius corripias, ſed ſiniſtra, ilia hoſtis circundato. Sed ſi is te pari ratione corripuerit, nec non te attraxerit, tu dextro pede tuo, aduerſarij ſiniſtrum pulſato acriter, inde brachium dextrum ſuperne eius collo injcias, ſiniſtra uero manu corripias ipius brachiu dextrum interius, et ſi inde hoſtem de latere eius dextro, in dextru itidem tuum rotaris, eum coges, ut corruat.

IACTVS EX EFFIGIE LIBRÆ.



DEXTRVM pedem in hoc certamine propones, si primas partes ferre cupias. Sed si hostis contra te pedem sinistrum præfixerit, nec non dextrum, tuis pedibus utrisq; interposuerit, et collū circumdederit tuū brachio dextro, eo consilio quasi tecum sit pugnaturus, tum quam celerrime poteris, in habitum libræ corpore inclinato te accommodes, inde, pedem hostis sinistrū dextra corripias, sinistra uero circundatis illis, axillam sinistra, ex hoc igitur habitu confestim erigas te sursum ex libra, atq; supinū hostē p lœuū pedem deijcias.

FEMORALIS IACTVS.



SI ad inuicem acceſſeritis, dextrũ pedem præfigas, ſiniſtrum uero, aduerſarij itidem ſiniſtro exterius præponas, inde dextra, eius brachiũ ſiniſtrũ corripito exterius, ſiniſtra aũt hoſtem mediũ circundabis. Verum ſi is te pari modo fuerit complexus, et precipitare cupierit, retrorſum te in libra dabis, inde dextram collo ipius circumijcias retrorſum, ſiniſtra uero humerum dextrum adprehendas. At ſi aduerſarius te eadem ratione corripuerit, libraq; habitu uſus ſimiliter fuerit, tum dextra, hoſtis cubito ſiniſtro remoueas, eaq; eius collo applices, et eum ſupprimas humum uerſus.

RATIO. VNDE MANVM TVAM INTORQVEAS.
HOSTIS BRACHIIS.

54



IN hoc certamine ſiniſtrum pedem præponas, atq; latus aduerſarij dextrum manu ſiniſtra adprehendas: At ſi is te corripere conetur pari ratione, tum celeriter ipſius manum ſiniſtram dextra auertas ita, ut ea hoſtis ilijs adplices. Verum ſi is eadem contra te ratione uſus fuerit, ſiniſtrum eius brachiũ, dextra adprahendas manu. Idem ſi is uiciſſim uſurparit, tum inferiè dextrũ brachium, manu ſiniſtra arripias, inde aũt hoſtem pectori attrahendo adiungas tuo, atq; ex habitu rotæ de latere tuo ſiniſtro uerſus dextrum ſi precipitaris, hoſtis corruet.

HABITVS STERNENDI EX LIBRA.



IN hunc habitum hoc modo te componas, latius anteuersum pedem sinistrum porrigas, atq; manu dextra retrorsum collo hostis applicata, humerum dextrũ corripias, sinistra autem, brachium ipius itidem sinistrũ interius. Sin autẽ te pari modo adprehenderit aduersarius, moliturq; per pedem dextrũ te ꝓcipitare, pedem ipius dextrũ manu utraq; corripito, nec non sub brachio hostis dextro in libræ habitũ corpore prono componas te ita, ut sinistra axillã, ipius axillæ dextræ fortiter supponas, inde pedem sinistrũ, aduersarij dextro postponas, et si sursum leuaris, eum supinum prosternes.

IACTVS EX COLLI IMPVLSV. ADDITO HABITV PEDIS INIICIENDI.



IN mutuo congreſsu curam habebis, ut dextro pede interius in habitū pedis aduerſarij impellendi ſiniſtri, inde brachiū dextrū eius collo ſi adplicaris, eo modo ſupprimito. Sin aut is pari modo te adgreſſus fuerit, tū manū ſiniſtram claudas, atq; ſiniſtro lateri tuo adplices, inde brachium ſiniſtrū ſub ipius dextro tranſmittas, et firmiter eiusdem cubito, latus hoſtis dextrū urgeas, poſthæc dextra pubem corripias inferne, atq; eo modo ex habitu injciendi pedis pronum hoſtem proſternes.

LACTVS SVPINVS.



CONTRA *hostem pedem præponas dextrum in eo certamine, et iniecta manu dextra circa collum ipsius axillam dextrã corripias, sinistra aũt brachium sinistrũ interius. Verum si aduersarius te pari ratiõe adprehenderit, uersumq; se is te adtrahere conatus, tum quantum poteris celeriter deorsum te in libram adaptes, et pedem dextrum eius, dextra corripias, subleuesq; eundem, cubitum uero sinistrũ pectori hostis impellito fortiter, atq; eo modo supinus per sinistrum pedem præfixum corruet.*

INCVRSVS IN HABITV QVO PES HOSTIS IM-
PELLITVR INTORSIONE TVI PEDIS.



AD pugnam prędictam hac ratione te componito, ſiniſtrũ præponito pedẽ, et retrorſum manu ſiniſtra ſupra dorſum ſurſum directa, humerum hoſtis ſiniſtrum corripias, dextram uero anteuerſum per pectus dirige in auxiliũ ſiniſtræ, et eo modo ſi te in libra accõmodaris corpore prono, hoſtẽ uerſus te attrahas. Sin autem pari ratione is te adprẽhenderit, tũ pedem dextrũ, aduerſarij ſiniſtro poſtponas, atq; dextram per eius humerum dextrum, in axillam itidem dextram conijcias, ſiniſtra autem dextrum cubitũ exterius corripias, atq; inde per dextrum pedem pronũ præcipites hoſtem.

RATIO INTERCLVDENDI HOSTIS.



IN hoc congreſſu ſi aduerſarius pedem dextrum, tuis utrisq; interpoſuerit, manu dextra per pectus hostis regenda ſurſum, humerū ſiniſtrū corripias, ſiniſtra uero, eius manū itidem ſiniſtram, et eandem attrahas, inde mento tuo hostis humerum dextrum deorſum ſupprimendo urgeas, atq; ſupinum per pedem ſiniſtrum hostem deijcias.

RATIO QVA PEDEM HOSTI INFRINGAS.

60



IN *hac pugna, erectus contra hostem consistas, atq; brachia utraq; pectori eius interius adplices. Sed si is idem usurparit, tu brachiu utrũq; aduersarij itidem utriq; intorquebis exterius, inde pro uiribus dextro pede si hostis mo" lam pedis sinistri impuleris, pedem ipsius disrumpes, uel si mauis, uersum te si attraxeris aduersarium prosternes.*

INTORSIO MANVVM. VNDE RATIO HOSTIS STERNENDI FORMATVR.



QVVM congreſsi utrig mutuo brachia corripueritis, tu dextrũ pedem, aduersarij ſiniſtro popliti iniȳcias, dextram collo eius circumiȳcias uerſus humerum dextrum, ſiniſtra autem pectus ipſius corripias. At ſi te eadem ratione aduerſarius fuerit complexus, atq; retrorſum eius ilia arripueris, una tecum ruere hoſtis cogetur. Verum ſi is pariter ſecũ te proſtrauerit, manũ ſiniſtram collo hoſtili anterius applicabis, et eo modo ab hoſte liberè reſurgere tibi licebit.

HABITVS. VNDE MANVS HOSTI POTEST CONFRINGI.



SI animosè ad hostem fueris progressus, sinistrum pedem præfigere memineris. Sed si hostis passis manibus contra te constiterit, tum dextra, ipius pollicem dextrum corripias, sinistra uero brachium paulo secundũ iuncturam, atq; ea rõne manum ipsius disrumpas licebit: Inde autem prosilias pede dextro in latus aduersarij sinistrum, manuq; sinistra ilia eius si circundederis, per coxam lœuam hostem sterues.

MANVVM INTORSIO, ADDITA RATIONE INFRINGENDI BRACHII



AD hoc certamen ita te compares, dextra humerum hostis siniſtrũ corripito, ſiniſtram uero, axillæ eius dextræ ſubijcias. At ſi aduersarius te eodem modo adprehenderit, tũ brachium dextrum inſeras, eius ſiniſtro ab intrinſecus exteri⁹ retro ipi⁹ hoſt⁹ cubitũ ſiniſtrũ, atq; ſiniſtrum, eius dextro ſuperinjcias exterius, ſurſum leuabis firmiter, uerſumq; te ſi comprimas, aduerſarij brachia diſrumpes. Si autem is conatus minus proceſſerit, tum dextro pede, eius ſiniſtrũ concutias, et eo impulſu concidere cogetur hoſtis.

POSTERVS EX HABITV PEDIS INIICIENDI IACTVS.

64



SI in hostis conſpectum acceſſeris, intrò procedas pede ſiniſtro, manu ſiniſtra per dorſum regenda ſurſum axillam ſiniſtram aduerſarij corripias, dextra uero ſuper pectore directa, brachium ſiniſtrū. Sed ſi aduerſarius te pari modo adprehenderit, uerſumq; ſe te attraxerit, tum pedem dextrū eius pedi ſiniſtro inÿcias, atq; brachio dextro collo hoſtili circundato, latus dextrū corripias, verum ſiniſtrā manū, eius cubito dextro ſubÿcias exterius: inde ſi per coxam dextram hoſtem præcipitem dederis, pronū proſternere poteris.

LACTVS EX CORREPTIONE CORPORIS MEDII

65



ITA in hanc pugnam te adaptabis, intrò procedas pede lœuo, caputq; ſub aduerſarij axilla dextra exeras, inde autem ſiniſtra manu, lœua axil" lam corripito, dextra uero, lœuu hoſtis brachium. Verū ſi pari te ratiõe apprehenderit aduerſarius, tum pede eius ſiniſtro, manu ſiniſtra correpto, eundem ſubleues, inde dextrum, pedi hoſtis ſiniſtro poſtponas, brachioq; dextro collum eius ſi circundederis ſuperne, eum ex habitu ſupra comme" morato proſternes in latus dextrum tuum.

HABITVS HOSTIS CONVERTENDI. SIMVLQ PER COXAM SINISTRAM STERNENDI.



QVVM prope ad hostem peruenieris ea ratione te accommodabis in hoc certamine. Si aduersarius dextrum pedem, sinistro tuo admouerit, conetur{q} dextra, sinistram tui corporis axillam corripere, lœua aut ilia lateris dextri, tum manu sinistra supernè, eius brachio utri{q} super iniecta, brachium lœuu{m} adpręhendas, dextram uero sinistræ axillæ subijcias, at{q} eum attrahas, inde deorsum in pectus tuu{m} hoste{m} supprimas, et coxam sinistram, aduersarij coxę itidem sinistrę adplices, at{q} ea ratione eu{m} couertes, simul etia{m} de latere sinistro tuo in latus dextrum præcipitas hostem.

PROSTERNENDI RATIO EX LIBRA



EX *mutuo congreſsu ſi prope acceſſeris ad hoſtem utriq; aduerſarij pedi ſiniſtrum interponas, inde in libram deorſum te accommodato, manum dextram pubi eius applices, nec non eandem exeras, ſiniſtra autem me-dium circundato, opemq; feras dextræ, et inde hoſtem ſubleues. Verum ſi aduerſarius idem contra te uſurparit, tum circundato hoſtis collo ſu-pernè brachio dextro, humerum eius corripito dextrũ, ſiniſtra autem brachium ipius dextrũ interius, ſurſum inde dextro pede ſublato, genu pedis eiuſdem, poplitem eius ſiniſtrum concutias ſtrenuè, et ex eo im-pulſu concidet.*

STERNENDI HOSTIS RATIO EX SVPERNA INFIRMITATE.

68



AD hoc certamen ita accingêris, pedem sinistrum, hostis utrisq; postponito, atq; deorsum corpore flexo in libram te præparato, inde brachijs utrisq; supernè ipsius humerum dextrũ adprehendas, et pro uiribus supprimas. Cæterum aduersario eandem deprimendi rationem usurpante, tum supernè corpus eius circundabis utroq; brachio, atq; caput pariterq; brachia sub ipius axilla dextra complectitor, inde si pede dextro, hostis sinistrum concusseris, eu ex dicto habitu sternes.

RATIO ADVERSARII PROSTERNENDI EX FEMORE.

69



SI strenuus uoles esse pugil, in hac pugna hac ratione te adaptabis, pedē sinistrū, eius sinistro prope coniungas, atq; in libram te prono corpore in clinabis, vt caput sub aduersarij axilla dextra consistat, inde autem manu dextra per ilia hostis directa, brachium sinistrum interius corripias, sinistra uero retrorsum per lumbos, sinistram axillam, et eo modo hostem attrahas. Sin autem is pari contra te ratione fuerit usus, circundato eius collo supernè dextro brachio, latus dextrum adprehendas, sinistra uero manu, cubitum dextrum exterius, inde aduersarium per femur dextri pedis prosternas.

STERNENDI RATIO PER COXAM SVPERNAM.

70



AD id certaminis genus ita te compares necesse erit, Si in habitum inij-
ciendi pedis in poplitem hostis sistere te uolueris, sed is à te longius opini-
one distet, tum utroq; pede ultra hostem prosilias. Verū si idem usurpa-
rit, lumbos eius brachio sinistro circundabis, dextra autem sinistrū hu-
merū corripias. At si aduersarius idem contrà fuerit molitus, tū dextro
brachio supra humerū directo dextrā axillam adprehendas hostis for-
titer, atq; sinistra, dextrum cubitum ipius exterius, inde pronū te p̄beas
corpore inclinato, atq; eū ex superiori coxa per dextrū pedē circumrotabis.

IACTVS EX COXA SI HOSTEM IN EAM CON" IECERIS ET ROTARIS.



PEDEM *ſiniſtrum, ſi ad hoſtem acceſſeris, eius itidem ſiniſtro præponas longius, manum dextram, aduerſarij axillæ ſiniſtræ ſuppo" nas, ſiniſtra uero medium hoſtem circundato, retrorſum adplicanda in auxilium dextræ, atq; eum uerſus te adtrahere memineris. At ſi ho" ſtis te pari ratione corripuerit, idemq; molitur, ſiniſtro eius pede manu ſiniſtra correpto, ſurſum attollas: dextra autem collo circundato, hu" merum ipius dextrum adprehendas, hoſtemq; conijcias in dextram coxam, inde rurſus te erigas, et eo modo aduerſarium aſportare uel ſternere poteris.*

RATIO ADVERSARII STERNENDI EX IN-
FIRMIORI CORPORIS LOCO SVPERNO ET INFERO.

72



SI congredimini mutuò, et prope ad hostem accesseris, hac ratione te accom-modabis. Cum aduersarius contra te procedat sinistrum preponens, ita ut tu pede utroq; in medio consistas, atq; is manu sinistra, humerum sinistrũ corripere conetur, tum sinistram, aduersarij brachio itidem sinistro supernè adplices, et hoc modo eius conatum impedies, inde eam collo hostis adpo-nas, dextra autem pedem ipius sinistrum infernè si corripueris, atq; eo ha-bitu hostis infernè et supernè infirmatus est, inde supernè firmiter suppri-mas, uerũ infernè si subleuaris, in latus tuum sinistrum eum prosternes.

RATIO QVA DORSVM CVBITO DEXTRO IMPELLIS, ADDITA STERNENDI FORMA.



IN hoc congreſsu, ſi aduerſarius manu dextra conetur latus dextrũ corripere, ſiniſtra autem corpore medio circundato, tũ eius cubitũ dextrum ſiniſtra corripias, et ſi eum pectori tuo adiunxeris, incur- uabitur, inde cubito dextro dorſum ſuperne aduerſarij impellas, atq; eo pacto deorſum ſupprimes.

LACTVS SVPINVS.

74



HAC ratione ad hoc certaminis genus te accommodes, si hostis sub brachio dextro caput exerat, atq; manu sua dextra brachium sinistru interius corripuerit, sinistram uero utrisq; pedibus interposuerit, tum dextram retrorsum aduersary axillæ sinistræ subycias, sinistra uero brachium eius dextrum corripias, pede dextro hostis sinistrum sub leues, per coxam dextram eum si protraxeris, aduersariu prosternas licebit.

RATIO PROSTERNENDI EX MORE CANCEL-
LATO. PEDIS INIICIENDI IN POPLITEM HOSTIS.



PEDEM *in hac pugna ſinistrum intraponito, manu dextra aduer-*
ſarij cubitum ſiniſtrum exterius apprehendito, ſinistra uero, brachium eius
dextrum ſuperne. At ſi is te pari ratione corripuerit, tum dextra ſub ho-
ſtis axilla ſinistra exerta diphteram coreaceam ſuperne adprehendas,
ſinistra autem brachium dextrum, inde dextrum pedem, aduerſarij ſi-
nistro interius injcias, dextra uerſum te attrahas, at ſinistra, abs te re-
moueas, atq; hoc modo concidere cogetur.

INFRINGENDI PEDIS RATIO ADDITO HABITV HOSTIS STERNENDI.



QVVM mutuo congreſſu ad inuicem acceſſiſtis, ſic te compares in hanc pugnam, pedem ſiniſtrum, aduerſarij dextro interius pręponito, eiusq; brachium ſiniſtrum ſuperne exterius manu dextra corripias, ſiniſtra uero lumbos eius circundato. Sed ſi te aduerſarius pari ratione adprehenderit, tum dextro eius brachio ſuperne interius ſiniſtra correpto, latereq; dextro ilijs circundatis dextra, dextro pede, hoſtis crus dextrum pro uiribus conquaſſato, atq; ea ratione eius pedem diſſoluere poteris, inde etiam ſi ſuperne rum attraxeris, proſterni cogetur.

HABITVS PROSTERNENDI EXILIIS.



SI aduersarius tibijs paribus contra te conſtiterit, atq; brachiũ ſiniſtrum manu dextra adprẹhenderit, ſiniſtra uero brachio tuo dextro ſuperin" iecta, axillam dextram corripuerit, tum manum ſiniſtram humero aduerſarij dextro inijcias, eumq; ad te contrahas: Inde dextrũ brachiũ ſub illius axilla lœua exeras, atq; eo habitu lumbos circundato, inde ſi te conuerteris de latere tuo ſiniſtro in dextrum, hoſtem proſternere ex femore licebit.

ASPORTATIO ADDITA FORMA HOSTIS INTERCLVDENDI.

78



IN hoc certamine si aduersarius erectus tibijs paribus contra te constiterit, dextrum tu pręponere memineris pedem, nec non deorsum corpore prono in libram deflectas. Sed si hostis dextram manum collo tuo injcere molitur, tum dextra, eius pedem itidem dextrum corripias, at sinistra dextrum brachium iuxta collum tuum, eoq; habitu per humerū lœuū attrahendo, pectori tuo adiungas. Inde dextra, eius itidem manum dextram sub pede aduersarij dextro corripias, et si post hæc te erexeris, intercluſus aduersarius est, atq; asportare eum poteris.

RATIO STERNENDI EX INFIRMITATE SVPNA-

79



AD hunc habitum ea ratione te accommodabis, pedem ſiniſtrũ, aduerſarij dextro exterius præponito, atq; in libram te adaptato, inde manu ſiniſtra opem laturus dextræ lumbis circundatis, axillam ſiniſtram, hoſtis dextræ ſupponito. Verum ſi te pari ratione hoſtis comprehenderit, tum iuxta collum eius amicu- lum coreaceum corripias manu dextra, ſiniſtrã aũt, eius axillæ dextræ ſubijcias, poſtea dextro pede ipsius ſiniſtrum impellas, atq; de latere dextro tuo in ſiniſtrum hoſtem præcipites.

INFRINGENDI BRACHII HABITVS ADHIBITA
FORMA STERNENDI RATIONE.



In congreſſum prędictum hoc modo te componito, pedem ſiniſtrum, ad-
uerſarij dextro exterius poſtponas, manuq; lœua latus dextrum corripias.
Idem ſi hoſtis contra te uſurparit, quantum poteris matures, ut ſiniſtra, ip-
ſius manu itidem ſiniſtram adprehendas anterius, pectoriq; tuo eam adiun-
gito, inde brachium dextrum, hoſtis ſiniſtro injcias ſupernè iuxta hume-
rum, dextramq; ſub eo exeras in auxilium ſiniſtræ, axilla deorſum ſi ſup-
preſſeris, hoſtis brachium diſrumpes, inde ſi de coxa dextra eũ per pedem
dextrum præcipitaris, procidere aduerſarius cogetur.

PROSTERNENDI RATIO EX FORMA FORPICIS.



SI in conſpectum aduerſarij perueneris, pedem ſiniſtrum, aduerſarij pedi dextro exterius poſtponas. Sin autem is contra te dextrum prapo-
ſuerit, pudendaq; corripuerit, tum confeſtim dextra, hoſtis ſiniſtram manum adpreheńdas, eoq; habitu eum attrahas, at ſiniſtra, partem brachij eius dextri ſecundum cubitum. Verum ſi aduerſarius eadem ratione contra te fuerit uſus, manu dextra amiculum humero ſiniſtro applicatum corripias. Hoſte autem te pari modo adprehendente, ſini-
ſtram manu ab eius cubito remoueas ſiniſtro, eamq; ſi collo ipſius ad-
plicaris, ex habitu forpicis per pedem ſiniſtrum aduerſariu proſternes.

PRÆCIPITATIO EX FORPICE.



AB initio huius certaminis, in libram pronum te componas, ita tñ, ut pes dexter contra hostem situs sit. Et si is erectus contra te pro" cedat prefigens dextrũ in libra consistentem, tum manũ sinistram supra pectus eius dirigas, atq; latus sinistrũ corripias. Verum si is eadem ratione usus fuerit, celerrimè ipius manũ sinistrã corripito, eũq; uersũ te attrahas, inde capiti aduersarij superne dextrã adplica" to, atq; ea ratione eũ deprimito. Cęterũ si is idem usurparit, tum bra" chium dextrum, hostis popliti utriq; adplices, et inde firmiter si in latus sinistrum tuũ suppresseris, inferne autem subleuaris, hostẽ ex forpice precipitabis.

RATIO STERNENDI EX FORPICE APERTA.



SIC te in hanc pugnam preparabis, pedem siniſtrum hoſtis dextro exterius poſtponito, atq; ſiniſtram humero eius dextro ſuperne prope collum adplicato. Verum ſi is pari modo uti moliatur, brachium utrūq; hoſtis ſiniſtro ſuperinȳcias, pectoriq; tuo idem apprimas, atq; eo habitu aduerſarius incuruabitur. Sed ſi idem is contra te uſurparit, conſiſtentem in libra tū dextrā, retro eius pedē itidem dextrū exeras ſupra molam pedis ſiniſtri dirigendo, ſi eo habitu aduerſarium attraxeris, ſuperneq; remoueris, ſupinum hoſtem proſternes.

LACTVS EX FORPICE IN LIBRA.

84



QVVM ad hostem propius accesseris, in conspectu eius in habitum libræ pronum te adaptes ita, ut pes sinister, retro eius dextrum consistat, inde celeriter manu sinistra, pedem ipius sinistrum corripias, atq; pectori eius caput tuū adplices. Porrò si is idem usurpet, tum manum utrāq; capiti eius imponito superne, et ea ratione supprimito. Verum si pari modo aduersarius usus fuerit, faciei eius, manum dextrā adplices, inde superne remoueto, inferne uero attrahas, et eo modo supinum ex forpice hostem prosternes.

HABITVS VNDE BRACHIA LICEBIT CAN"
CELLARE.



IN hoc certaminis genus ità te componas, intrò pede dextro procedas, dextra pubem aduersarij adprehendas, at sinistra pectus ipsius. Eo autem pari ratione te corripiente manu utraq; , tum sinistra, aduer" sarij dextram infernè corripias, dextra autem ipius cubitum lœuum exterius, eoq; habitu ea cancelles, inde pedem dextrum, eius itidem dextro imponito, atq; hostem in latus dextrum tuũ humum uersus precipites.

IACTVS EX SVPERNA FORPICE.



QVVM ad inuicem fuistis congressi, retro aduersarij pedem sini-
strum, dextrũ colloces. At si is contra te sinistrum præfixerit,
atq; manum sinistram lateri dextro iniecerit tuo, dextra autem re-
trorsum te corripuerit, tum dextram, hostis axillæ itidem dextræ
subijcias, sinistram uero ipius humerum superne iuxta collum cor-
ripias, indeq; in dextrum latus tuum, hostem protrahas, nec non
per pedem prefixum, eum ex forpice prosternas.

RATIO STERNENDI EX SVPERNA COXA.



SI ad hostem prope accesseris, intrò pedem sinistrum colloces, atq; manum sinistram sub ipsius axilla dextra ilia circundando exeras. Sin autem eadem ratione te corripuerit aduersarius, manum dextram supernè eius humero sinistro imponas, sinistram uero dirigas supra pectus, et hostis axillæ dextræ subijcias. Verum si is brachium dextrum, humero sinistro tuo adplicarit, teq; repellere cupiat, tu coxa tuam sinistram, eius itidem coxæ locuę adiungas firmiter, inde si eu in latus dextru tuu reieceris, ex forma prescripta hostem prosternes.

HABITVS INFIRMITATEM CORROBORANDI.

88



PEDEM in hoc certamine ſiniſtrum prefigere memineris, ſiniſtram manum, aduerſarij humero dextro adplices, latus ſiniſtrum dextra corripias. Sin autem is te pari modo adprehenderit, pronum in libram te accommodes, dextra brachium hoſtis ſiniſtrum corripito, eoq; habitu ſurſum tollas brachium predictum, ſiniſtram uero popliti eius interius iniicias pedis ſiniſtri. Cæterum ſi is idem fuerit molitus, celeriter pedem leuũ retrahas, manuq; dextram brachio eius ſiniſtro iniycias, eaq; ratione deprimas. Sin autem is pariter ſuppreſſerit, tũ caput tuũ, axillę eius ſiniſtrę ſupponas, ſi abs te ex hoc habitu remoueris, ſupinus hoſtis concidet.

PROSTERNENDI RATIO EX INFIRMITATE SVPERNA.

89



Si in conſpectum aduerſarij proceſſeris, pedem ſiniſtrum, eius dextro exterius poſtpones, retrorſum manu ſiniſtra exterius humerum eius dextrũ corripies, dextra autem brachium eius ſupernè lœuũ. Verum ſi is te pari modo fuerit complexus, tum ilÿs circundatis brachio ſiniſtro, at manũ dextram collo lateris dextri adplicaris, inde celeriter genu ſiniſtrum ſi demiſeris, nec non ſupernè hoſtem deorſum traxeris, infirmus planè reddetur, pariterq; eum proſternes.

IACTVS EX INFIRMITATE MEDIA.



IN congreſsu ſi aduerſarius contra te pedem dextrum præpoſuerit, manu ſiniſtra, brachium itidem ſiniſtrum corripuerit ſuperne, tum hoſtem repellas extorquendo, inde manum lœuam, ſi prius lumbos ipius circumderis, dextræ coxæ applices, verum dextra, pedem aduerſarij ſiniſtrum inferne adprehendas, Si igitur ex eo habitu ſuſtuleris, per coxa hoſtem pronum proſternere licebit.

RATIO STERNENDI HOSTIS EX MEDIA ET INFERA IMBECILLITATE.



LOEVVM pedem in hac pugna ab initio, utrisq; aduersarij pe-
dibus interponas, manum sinistram collo ipius retrorsum adplices,
atq; uersum te eum attrahas. At si is eadem ratione contra te fuerit
usus, anterius medium hostem dextra circundato, correpto eius
latere dextro, uerum sinistra, pedem sinistrum infernè adprehen-
das, inde repente genu sinistro procidas, supernè si eum repuleris,
infernè autem subleuaris, tum omni ex parte aduersarius infirma-
tur, atq; per pedem dextrum supernè supinum poteris eu prosternere.

EX INCVRSV STERNENDI RATIO.



EX huius certaminis congressu in aduersarij conspectu in libram pro-
num te componas. Sin autem hostis ita contra te incurrat ut tibijs pari-
bus coram te erectus consistat, tum celeriter uicissim incurras, et caput
pudendis aduersarij applices, inde utraq; manu, pedem ipius utrunq;
imferne corripias, eo habitu si sustuleris, porrectus concidet hostis,

HABITVS STERNENDI ADDITA FORMA BRACHII TORQVENDI.



HAC ratione te præparabis ad certamen modò commemoratum, dextrum pedem retrò hostis itidem dextrum colloces exterius, dextra manu pedem ipius sinistrum iuxta pubem corripito, sinistra uero brachiũ sinistrum. Sin autem pariter tecum aduersarius adgreditur te, manum sinistram iuxta pudenda applicet, dextra autem corripuerit brachium sinistrum supernè, tum sinistra eum auertas deflectendo, eamq; collo hostis adponito, inde pedem dextrũ, eius itidem dextro injcias, supernè repellas, infernè uero uersum te aduersarium adtrahas, atq; si ex eo habitu hostem iuxta pubem sustuleris, ruere oportebit.

RATIO SVPRIMENDI HOSTIS.



CONTRA *aduerſarium pede dextro introgreditor. Sed ſi vis con-*
tra te pronus ualde in habitu libre conſiſtat, caputq; pectori tuo appli-
care conetur, diligenter curabis, ut brachium tuum utrunq;, ſupra ad-
uerſarij utrunq; pectori ipſius uicinum comprimas: inde autem pectus
tuum eius capiti adplices, nec non ea ratione hoſtem ſupprimas, poſt
hæc reducto pede dextro, ſi eum protraxeris, pronus ſupra faciem pro-
cidet aduersarius.

IACTVS EX FORPICE ADDITA RATIONE SVPERIORIS IMBECILLITATIS.



IN hoc congreſsu prenominato iam, pedem dextrum, aduerſarij ſiniſtro interius preponito, dextra, eius lumbos retrorſum circundato, at ſiniſtra brachium corripias dextrum. Verum ſi is te pari ratione fuerit coplexus, tum pedem ſiniſtrum retrorſum, aduerſarij utrisq; interponito pro uiribus conſiſtens, adpetasq; dextra eius pubem inferne, ſiniſtram uero collo ſub mento adplices, inde inferne ſubleues, ſuperne autem in latus ſiniſtrum tuū deprimas, et eo habitu hoſtem ſupinum per pedem ſiniſtrū proſternes.

RATIO. VNDE HOSTEM SVBLATVM TVIS MANIBVS, HVMVM VERSVS SVBTRAHAS NON ABSQ; COPIS PERICVLO.

96



SIC te in prędictam pugnam accommodes : intra hostis pedem utrunq; tu lœuũ colloces, atq; retrorsum ilia eius brachio utroq; circundato, et si eum subleuaris, deorsum prędipites aduersarium. Sin autem is te è contra simili modo adprędenderit, tum brachijs ambobus collum eius corripito, nec non caput ipsius humero tuo adiunqito. Idem si aduersarius molitur, genu dextro, ipsius poplitem itidem dextrum impellas, et hac ratione sustinere se hostis non poterit, quin concidat.

IACTVS EX ELEVATIONE HOSTIS.



QVVM mutuò fueritis congreſſi, hac ratione in id certaminis genus te adaptes neceſse erit, intrò procedas contra hoſtem pede ſiniſtro, eũq; medium brachio utroq; circundabis, atq; uerſum te attrahes. Verum ſi te aduerſarius pari ratione adprẹhenderit, manũ utrãq; hoſtis collo adĳcias, caputq; eius, pectori tuo adiungito. Cẹterum hoſte idem moliente, ab illius ilĳs dextram remoueto, tamq; ſiniſtro aduerſarĳ cubito applices, inde ſi lœuũ pedem, eius dextro miecẽris, ſupernèq; repuleris, in latus ſiniſtru tuum hoſtem proſternes.

IACTVS EX VIRIBVS VT INFRA PATEBIT.



DEXTRVM pedem in hoc certamine aduersarij itidem dextro præponas, inde te deorsum demittas in habitum supra cõmemoratum, quo pro uiribus hostem adgrediaris, caput tuum, eius pubi adiungas, manibus uero utrisq; pedem hostis sinistrum circundes. At si is si " nistra manu, dextrum brachium adprehenderit, atq; dextra tua pu " denda, nec non te molitur repellere, tum ipius pubem, capite tuo, et corpore reliquo uehementer urgeas, eaq; ratione pedem aduersarij manu utraq; si adtraxeris, hostis supinus concidet.

ASPORTATIO CVM RATIONE HOSTIS PRO" STERNENDI.

99



HOC modo te componito in habitum, qui mox infra deſcribetur, contra hoſtem erectus tibijs paribus conſiſtas, illig latus ſiniſtru prębeas, inde lumbis manu ſiniſtra hoſtis circundatis, lœuã axil" lam corripias. Verum ſi eadem ratione te aduerſarius adpræhende" rit, confeſtim in habitum libræ te accommodes pronum, corpore tuo ilijs eius adiuncto, et manu utraq, pedes hoſtis ambos circun" dato, inde ſi te erexeris, eũ proſternere, uel ſi mauis, aſportare lice" bit. Sin autem is pari ratione te corripuerit, capillis eius ſi dextra inuolaris, ne concidas, ſuſtentare te poteris.

RATIO HOSTIS PER HVMERVM PRÆCIPITANDI.

100



IN hoc congreſsu, ſi aduerſarius ſiniſtra manu captare latus tuũ ſiniſtrũ moliatur, derepente ipſius ſiniſtram dextra manu corripias, atq; eandem per humerũ dextrum protrahas, inde autem capite tuo ſub eius brachio lęuo exerto, manu uero ſiniſtra pede dextro correpto, eum ſi ſuſtuleris, hoſtem per humerum dextrum precipitare, uel aſportare licebit.

HABITVS STERNENDI EX IVGVLI IMPVLSV.



SI propius ad hostem accesseris, dextrum pedem longiuscule, eius itidem dextro preponas, iugulog; eius manum dextram adplices. Verū sinistra latus dextrum corripito, atq; eo modo per pedem prefixum sternere aduersarium poteris. At si is pari ratione te fuerit adgressus, brachium sinistrum anterius iuxta iuncturam dextra adprehendes aduersarij, sinistra autem ipius pectus, inde poplitem hostis lœuum, pede itidem sinistro quassabis, et ea ratione is infirmatur, atq; per dextrū sternas.

HABITVS HOSTIS FALLENDI. CVM QVASI PER INSIDIAS PEDE SINISTRO DECIPIS EVM GRADV FALSO.



SI ad hostem acceſseris, pedem dextrum pręponas, dextraq; aduerſarij itidem dextram corripias, inde doloſè eum circumuenias pede ſiniſtro, ita ut dorſum tuum, ipius dorſo præbeas, manuq; ſiniſtram ſubijce hoſtis axillæ dextræ. Verum ſi aduerſarius eiusdem fraudis habitu contra te uſus fuerit, deorſum celeriter te pronum inclinato, ilÿsq; eius, caput tuũ adiungito, poſthæc manu ſiniſtra, dextro aduerſarij pede correpto, eũ attollas, corpore uero pro uiribus, eius dorſo impulſo, te erigas, atq; eo habitu uel proſternere uel aſportare hoſtem licebit.

RATIO IN CAPVT HOSTEM SISTENDI PEDIBVS SVRSVM VERGENTIBVS.



DILIGENTER curabis, si in conspectum aduersary perue-
ris, ut retrorsum eius amiculum uel thoracem, quo indutus est, iuxta
collum manu sinistra corripias, interim te proclinare non dubites, bra-
chiumq; extendere, id si feceris, complecti hostis te nequibit. At si is
à te pari ratione redimere se conetur, tum brachio prædicto ui pro-
pulso, quasi pronum hostem sternere uelis. Sin autem aduersarius ma-
nus prętenderit humũ uersus, casumq; timuerit, nihilominus fortiter
thoracem eius teneas, inde manum dextrã interponendo retrorsum pedi-
bus ipius utrisq; exeras, dextrãq; hostis manũ corripias, nec non pede
pedem utrumuis si sursum leuaris, in caput ipm precipites licebit.

ASPORTATIONIS FORMA.



HAC ratione te in id certaminis genus componito. Si aduersarius contra te dextrum prefixerit pedem, ata dextra conetur latus tuum itidem dextrum prendere, tum tu, qui palmam ferre cupias, celeriter manu sinistra, ipius dextram corripito, ea sublata, confestim pronum te deorsum proclinabis in habitum libræ ita, ut hostis dorsu sinistro humero tuo adplices, uerum dextra, pedem ipius sinistrum inferne adprehendas, inde si te erexeris, eum, quocunq uolueris asportare uel sternere poteris.

RATIO. QVA HOSTIS PROSTRATVS RETINENDVS SIT CAPTIVVS.



SI hostis fuerit prostratus, tuq; pariter cum eo concideris, diligenter curabis, ut manu sinistra humero ipius sinistro adplices, et eo habi-tu supprimas firmiter: at dextra in capillos inuoles aduersarij, inde dorsum eius, geniculo dextro impellas, pedemq; sinistrum utrisq; ho-stis pedibus superimponito, posthæc comprimito, inde autem sursum eius capillis porrectis fortiter, prohibebis, ne consurgere possit aduer-sarius.

HABITVS, QVO ADVERSARIVS DEIECTVS INTERCLVDI POSSIT, NE RESVRGAT.



QVVM utriq; cecidiſtis, hac ratione te accommodes licebit, cubitum hoſtis dextrum interius manu ſiniſtra corripito, eumq; ſurſum tollas, dextram uero anterius brachio eius ſiniſtro iniycias brachiaq; ab inuice extendas. Sin autem aduerſarius ratione pari contra te fuerit uſus, atq; pectus ſuum tuo adplicarit, pedem utrunq; tuis interpoſuerit, tum dextrum pedem, hoſtis dorſo ſuperiniycias, ſiniſtram uero ſupra ipius dextrum, et eo modo æquè ac tu is intercluſus eſt. Sed ſi te liberare cupias, eius pubem genu ſiniſtro impellas, eoq; habitu miſsum te facere cogetur, nec uires exercere ſuas poterit.

INDEX HABITVVM

Luctarum insignium.

A

Accessus ad luctam primus. folio. 1.

Assportatio addita forma hostis Jn„
tercludendi folio. 78.

Assportatio cum ratione sternendi. 99.

Assportationis forma. folio. 104.

Attractio hostis, vnde modus ster„
nendi formatur. folio. 33.

Attractio, qua aduersariu versus
te adtrahere licet addito sternedi modo. 44.

Auersio de latere vtroq;. folio.. 8.

B

Brachij Intorsio supera et infera. fo. 9.

Brachiorum ex Intorsione habitus,
et dejciendi hostis. folio. 15.

Brachij Intorsio, addita pariter ster„
nendi ratione. folio. 32.

Brachior aduersarij adprehendendor
et captiuandoru forma, addita sternendi
eiusdem ratione. folio. 27.

Brachij infringendi habitus, addita
sternendi ratione. folio. 80.

Brachia Cancellandi forma. folio. 85.

C

Cancellato ex more prosternendi ratio
et pedis Jnjciendi in hostis poplitem. fol: 75.

Caput in hostem sistendi ratio, pedib:
eius sursum vergentibus. folio. 103.

Colli ex Jmpulsu iactus, addito habitu
pedis Jnjciendj. folio. 56.

Conuersor, quo cõuerti aduersari potest. 35.

Conuertendi hostis habitus, simulq;
per coram sinistram sternendj. folio. 66.

Coxam per sternendi habitus. folio. 24.

Alia per coxam sternendi ratio. folio. 39.

Coxam per superam sternendi modus. 70.

Coxa ex iactus, si hostem in eam conicere ris atq; rotaris. folio. 71.

Coxa ex superna sternendi alia forma. 87.

Cubito qua ratione aduersarius possit repelli habitus primus, et eius brachij conatus infirmari. folio. 2.

D

Dorsi cubito dextro impellendi ratio, addita sternendi effigie folio. 73.

E

Elabendi aduersario, sub eius brachio forma. folio. 7.

Eleuatione ex iactus. folio. 97.

F

Fallendi hostis habitus, cum quasi per insidias pede sinistro decipis eu falso oradu. 102.

Femore ex prosternendi ratio. folio. 69.

Alia ex femore sternendi forma. folio. 41.

Precedentis alia effigies folio. 42.

Femoralis iactus. folio. 53.

Forpicis ex forma sternendi habitus. 81.

Forpice ex aperta sternendi ratio. fol. 83.

Forpice ex iactus in Libra. folio. 84.

Forpice ex superna iactus. folio. 86.

Forpice ex iactus, addita ratione su, perne Imbecillitatis. Folio. 95.

Fortitudine ex sternendi habitus. fol. 20.

H

Humerum per precipitandi ratio. fol: 100.

Iactus ex habitu Torpicis. folio. 38.

Iactus ex Impulsu pedis. folio. 47.

Prohibitio predicte forme. folio. 48.

Iactus ex Impulsu pedis in aduersary poplitem. folio. 50.

Iactus ex Libre habitu. folio. 36.

Iactus posterus ex Iniectione pedis. fol: 64.

Incursus in habitu, quo pes hostis impellitur Intorsione pedis tui. folio. 98.

Incursu ex sternendi ratio. folio. 92.

Infirmitatem corroborandi habitus. 88.

Infirmitate ex supina psternendi ratio. 89.

Intercludendi hostis modus. folio. 59.

Intorsio brachij superior et inferior. 9.

Introitus addita forma brachij captiuadi. 37.

Irruptio, addito pariter modo hostis sternendj. Folio. 29.

Iuouls ex Impulsu sternendi habitus. 101.

L

Liberandi tui ratio, si forte correptus ab hoste fueris. folio. 28.

Liberandi modus, ne tua brachia intercludantur. fol: 31.

Libre ex forma sternendi habitus. 16.

Libra ex sternendi ratio. folio. 19.

L. Alius ex libra sternendi modus. . 25.

Libre ex effigie iactus. folio. 52.

Libra ex sternendi habitus. folio. 55.

L. Alia ex libra sternendi ratio. fol: 67.

Luctæ communis forma. folio. 23.

M

Manus iunctura qua ratione infir-
metur, habitus. folio. 4.

Manus quo pacto possit confrigi habit? 62.

Manum tuam vt possis brachijs hos-
tis intorquere. folio. 54.

Manuum Intorsio, vnde ratio ster-
nendi formatur. folio. 61.

Manuum Intorsio, addita forma
infringendi brachij. Folio. 63.

Manuum retractio. folio. 6.

Media ex infirmitate Iactus. folio. 90.

Media et infera ex imbecillitate ster-
nendi effigies. Folio. 91.

Medij corporis ex correptione iactus. 65.

Medij corporis ex infirmitate sternen
di forma. Folio. 22.

Menti ex Impulsu vel outturis ster-
nendi modus. Folio. 21.

P

Pedis confringendi aduersario mod? 60.

Pedis ex Iniectione vel Impulsu ster-
nendi ratio. Folio. 30.

Pedis infringendi forma addito ster-
nendi habitu. folio. 76.

Pedum collocatio, seu ingressus ad-
dita sternendi forma. Folio. 13.

Pessulatus habitus. folio. 3

Pessulatus habitus alius. folio. 12.

Pessulo ex sternendi ratio. folio. 51.

Precipitatio ex Forpice. folio. 82.

Prosternendi forma ex Infirmiori corporis loco supero et infero. folio. 72.

Prostratus aduersarius qua ratione retinendus sit captiuus. folio. 105.

Prostratus aduersarius quomodo inhibendus, ne humo resurgere queat. 106.

R

Repelli quo pacto possit aduersarius cubito. Folio. 2.

Rota ex sternendi habitus. folio. 49.

Rotę habitus, per quem aduersarium rotare vel precipitare licet. 10.

Rotę effigies in aduersarij conspectu. 11.

S

Sternendi ex Forpice aperta habitus. 5.

Sternendi ratio ex menti Impulsu. 14.

Sternendi modus ex precipitatione. 17.

Sternendi Cois forma. folio. 18.

Sternendi modus addita effigie brachij infringendi. folio. 26.

Sternendi Imago de latere sinistro. 43.

Sternendi ex Ilijs habitus. folio. 77.

Sternendi effigies addita formabrachij torquendi. folio. 93.

Sublatum hostem tuis manibus versus humu subtrahendi ratio, quod no sine corporis periculo fieri potest. 96.

Subleuandi hostem modus, vt inde pnu proijcias. Folio. 45.

Prohibitio precedentis habitus. fol: 46.

Superna ex Infirmitate sternendi rō. 68.

Supina ex Infirmitate alius sternedi modꝰ. 79.

Supinus factus. folio. 57.

Supini factus alia forma. folio. 74.

Supprimendi forma. folio. 40.

Supptimendi aduersary alia effigies. 98.

T

Transitio vel transcursus per brachium, seu sub aduersarij brachio. 34.

V

Viribus ex factus. folio. 98.

EXHORTATIO QVA QVO

quisq; athleta modo in luctis uti debeat docetur.

TRIA in omni luctę genere maxime obseruentur, primum est ars ipsa: secundum, celeritas in agendo, tercium, ut uiribus tuis suo loco et tempore rite utaris. Quorum longè optimum est celeritas, quæ minime admittit, ut habitus tui in luctando in nihilum redi-gantur. Pòst obseruandum est, ut infirmos facile quibusuis habiti-bus uincas utendo, Infirmi uero magnopere curent, ut prospiciant diligenter, ubi hostis sit uincendus. Infirmi item celeriter agant, & poplitem hostis obseruent, colluctationi libra opus erit.

RATIO LVCTANDI EX

brachys ut infra declarabitur

QVVM uoles aduersarium lucta adgredi ex brachiorum cor-reptione, tum memineris semper, ut musculum dextri brachij hostis, manu tua sinistra adprehendas, dextra autem brachium ipsius sini-strum externè: atq; sinistra, qua musculum ipius continet, retrorsu reprimas pro uiribus, dextra uero, manum aduersarij anterius ad-prehendas, nec non adtrahas, Si igitur quempiam præscripta ratione corripueris, ijs luctarū habitibus, qui subsequeter ita descributur, utitor

RATIO ADPREHENDENDI

hostem prima

SI corripueris aduersarium, iniecta brachio hostili dextro, manu

tua ſiniſtra, atq; ſub manu eius dextra complectitor ubi ipius ſiniſtrā contines, inde ſi brachiū propuleris, brachium aduerſarij infirmabis.

SECVNDA RATIO

MANV dextra brachium hoſtis ſiniſtrum ſubleuato, atq; caput ſub brachio eodem tranſmittas, inde brachium celeriter collo tuo circumij-cias, ſiniſtra uero manu, ſiniſtrum itidem hoſtis pedem adprehendas in ipſo poplite, atq; ea ratione uſus, per dorſum hoſtem precipites.

ALIA SPETIES

RVRSVS manu dextra brachium hoſtis ſiniſtrū ſuſtollas, verum ſiniſtram manum inferiè cubito eius injcias, atq; eo modo uer-ſum te attrahas, dextra autem ſuperiè propellito, inde ſi ſiniſtrum pe-dem proſiliendo, hoſtis dextro poſtpoſueris, per eundem eū proſternas.

ALIA EFFIGIES

ALIVS

ex prima correptione habitus : dextra manu ipius aduersarij ſiniſtram fortiter teneas , tum uero ſiniſtram , dextræ oprm laturus adiungas , itaq; firmiſsime , manu utraq; teneas , inde ſi ſub brachio ipſius te in latus dextrum tuum couerteris , partes potiores obtinebis.

DESTRVCTIO

SI quis habitu ſuperiori contra te utatur , tu eodem uiciſſim utitor , et pòſt ſpetiem luctandi eligas , quęcunq; placuerit .

ALIVS DESTRVCTIONIS

habitus

MANV

tua utraq; firmiſſimè , quantum poteris , ipſius aduer- ſarij ſiniſtram contineas , atq; te ſub brachio ſiniſtrorſum conuertas , et ea ratione propoſitum eius conturbabis , inſuper etiam brachiu ipius in precipitatione poteris diſrumpere .

ANTECEDENTEM ITEM
habitum hac ratione destruas

SINISTRAM

aduersarij manum utrisq; tuis manibus firmiter teneas, atq; inde sub brachio eius sinistrorsum te conuertas, pòst si brachium hostis sinistrum per humerum dextrum pertraxeris, supprimas, et potiores partes obtinebis.

RATIO TRANSMITTENDI
manum inferne ad cubitum atq; eiusdem destructio

QVVM

quispiam manum sinistram tuam corripuerit dextra, conetur q; inferne sinistram transmittere in cubitum, eumq; circuflectere, uel cupiat dextræ manui opem ferre, tu igitur, dum is dextræ auxiliari molitur sinistra, uel cubitum corripere conatur, subito brachium tuu dextrum, sinistro hostis brachio superinijcias, lateriq; dextro ad plices, nec non firmiter corripito manu eadem costas, post dextru pedem, pedi hostis sinistro postponas, atq; per dextrum hostem prosternas.

DESTRVCTIO, CVM QVIS
pro uiribus brachium corripiat

SI

quis supernè brachia tua totis uiribus corripiat, fortiterq;

teneat, nec non coartare conetur, tum brachium dextrum tuum superinijcias aduersarij sinistro externè iuxta ipsius manum, si ⁊ nistra autem dextram tuam corripias, atq; póst manu utraq; ipsius manum firmiter adprimas pectori.

RATIO OBSERVANDORVM
digitorum hostis

QVVM aduersarius digitos eius manus, quam pectori admouisti, porrexerit, tunc eos corripito manu sinistra, inde si ⁊ nistrorsum subleues, atq; dextra pondus illi auferas iuxta cubitu id est, sursum torqueas cubitum.

SIN autem manum iuxta pectus concluſam contineat, tum pe ⁊ dem dextrum resiliendo, aduersarij sinistro postponas, póst manu sinistra poplitem eius sinistrum adprehendas, et ea ratione si sustu ⁊ leris, dextra uero superné propuleris, aduersarius concidet.

ALIVS LVCTÆ HABITVS

SI quispiam brachia tua molliter contineat, et tu colluctari cu ⁊

pias, tum manum ipsius sinistra iuxta digitos, uel alibi corripias, inde si sinistrorsum sustuleris, dextra pondus ipsi auferas iuxta cubi tum sinistrum.

ANTECEDENTIS DESTRVCTIO

GVM aliquis predictum habitum contra te exerceat, sinistra manu digitos tuos corripere conabitur, atq; dextra cubitum sursum retorquere studeat, tum dextram manum sub brachio ipsius sinistro costis injcias, inde si dextro pede prosilueris, hostē alacriter prosternas.

HABILIOR DESTRVCTIO

cum is pondus tibi auferre cupiat

SI hostis manu sinistra, tua itidem sinistram adprehenderit, atq; pondus auferre cupiat iuxta cubitum sinistri brachij, tum nonnihil te demittas, atq; costis cubitū sinistrū tuū injcias, post sinistrū pedem, dextro ipius pedi postponas, et dextrum eius pedem, manu item dextra tua corripito in ipso poplite, inde si ad te attraxeris, sinistra autem supernè propuleris, aduersarius concidet.

ALIA FORMA 4

SI quis ſiniſtram manu, manu item ſua ſiniſtra corriperet, atq; cubitum ſuſtulerit miru im modum, caput tu ſtatim tranſmittas, nec non inde brachiu dextru ipſius ſiniſtris coſtis injcias, tum ſi dextru predem hoſtis itidem dextro poſtpoſueris, per dextram coxam eum præcipitabis.

ALIVD IVCTÆ GENVS

QVVM quiſpiam brachia tua corripuerit, atq; tu ipſius uiciſſim, et ſi is leuiter te contineat, tum brachiu ipſius ſiniſtru manu tua dextra ſuperne excutito, deorſum demittendo, atq; inde manu dextra poplitem pedis ſiniſtri hoſtilis corripito externe, atq; attrahas, ſiniſtra deinde manu ſi pectus de latere ſiniſtro concuſſeris, hoſtis concidere cogetur.

DESTRVCTIO ANTECEDENTIS

SI quis pectus tuum manu ſiniſtra anterius adprehenderit, tu manum aduerſarij, loeua itidem tua corripito, atq; inde circumflectas eam, dextra autem ei pondus auferas, id eſt cubitum loeuum pro uiribus ſurſum propellas.

VEL *ſi mauis, dextra manu ſurſum pellas cubitum hoſtilem ſiniſtrum, atq; ipſum aduerſarium abigas.*

ALIA LVCTA

GVM *mutuo comprehendiſtis brachia, ſi intellexeris te leui ter teneri, tum manu hoſtis dextram, ſimſtra tua excutito è ſuperne deorſum, atq; eandem inferne tranſmittas in latus eius dextrum, et retrorſum hoſtem adprehendas, uerū firmiſſimè ipſum teneas, pòſt attrahas, dextra autem manu, dextrum itidem poplitem externè corripito, et ea ratione eum ſiniſtrorſum proſternito: Is autē habitus utrinq; formatur.*

LVCTÆ CORPORALES,

ut infra declarabitur.

SI *quempiā corripueris ea ratione, ut altera manu brachio ipſius hoſtis ſubieceris, altera uero ſuperne adplicaris, atq; is pariter ſuas manus tibi appoſuerit, nec non uos mutuo attrahitis, tunc manu, quam lateri ipſius admouiſti, hoſtem retrorſum adpræhendere*

poteris, atq; inde deijcere luctando, ut paulo supra prædictum est.

ALIA ANTECEDENTIS FORMA

CVM ut supra commemoratum est, uos mutuò corripuistis iuxta brachia, is autem qui tecum colluctatur, fortis reperitur, vt te fortiter attrahat, tum gutturi ipsius, cubitum tuum applices, atq; fortiter propellas, id autem fiat ea manu, quâ supernè hosti adpo-suisti, et hinc te hostis relinquet.

ALIVD DVCTÆ GENVS

SI quis te corripuerit sub brachijs tuis, et fortiter attraxerit te, teq; coartet, tum ea ratione ab ipso seiungitor, pollicem tuarum manuum utrunq; in oculos aduersarij injcito, uel mento ipsius supponas, uel si mauis gutturi admoueas, et eo impulsu te hostis relinquet.

ALIA EFFIGIES

CVM insuper rursum fueris cum aliquo congressus, ut præ-
dictum est, tunc tu, qui palmam obtinere cupias, brachium, quod
infernè apposuisti hosti, sub mento eius collo applices, atq; abs te eu
abigas pro uiribus, inde manu infera poplite ipsius correpto, eum
si adtraxeris, aduersarius prosternetur

NOTABILE

SI quis antecedentem habitum destruere conetur, nec non pon-
dus auferre iuncta cubitum, tum nonnihil cubitum eundem demit-
tas, atq; eodem latus ipsius tundas, verum altera manu, alteru
eius poplitem corripito, et eum prostermito.

ALIA ITEM LVCTÆ
corporalis speties

CVM rursus mutuo uos corripuisthis, uerum is si te leuiter con-
tineat, neq; uehementer te coartet, tunc eam manum, qua infernè
adplicuisti, alteri ipsius lateri injcias corripiendo poplitem eius
externè, inde si sustuleris, et manum superiorem collo eius adpo-

sueris, atq; superne propuleris, hostis concidet.

ALIA EFFIGIES

SI quis dextram manum utrisq; pedibus interseruerit, atq; retrorsum te complexus fuerit, tum te incuruabis contra hostem, post si externè sub brachio ipsius dextro transieris, nec non subleuaris, prosterni ab aduersario nequibis.

ALIA

CVM autem aliquis manum tuam corripuerit, et manu utraq; eam sustollere conetur, sinistramq; adprehenderit, et in latus suu dextrum trahere moliatur, tum dextram manum superne brachio ipsius hostis sinistro traijcias, in latus eius dextrum, costisq; correptis manu dextra, sinistra alterum poplitem corripito.

ALIA

SI aduersarius pectus tuum anterius adprehenderit utraq; manu, tunc dextram manum superinijcias, ipsius sinistræ, randemq; coartes, inde sinistram cubito ipsius dextro si applicaris, sinistro prede cancelles.

CONTRA CONCELLATI"

ones per brachia factas destructio

SI quis cancellare brachio dextro uoluerit, tu è contra sims tra cancelles.

LVCTÆ ALIVD GENVS

CVM excutiendo impetum hostilem utranq; manum porrexeris, poplites ambos utrisq; itidem manibus corripito, atq; attrahito, posT si capite tuo pectus ipsius impuleris, supinum prosternas.

DESTRVCTIO

HOSTEM iuxta collum sub axilla adprehendito, atq; te supne

proximè ita ut eum oneres, adiungito, inde si retrorsum recesseris utrisq; pedibus, ne eos corripere possit aduersarius, deorsum hostē deprimes.

LVCTA

SI aduersarius dextrum pedem pręposuerit, correpta sinistra manu, eius dextra, pede tuo sinistro, nodum pedis ipsius dextri concutito, atq; ea ratione supprimas, uel dextram, gutturi ipsius injcias, et retrorsum hostem propellas.

ALIA FORMA LVCTÆ

SI fueris leuiter ab hoste correptus iuxta brachia, tum manu sinistra, ipsius dextram adprehendito, digitosq; corripito, sed firmiter teneas, inde dextra sublata, eam brachio ipsius subijcias, atq; costis eadem correptis, sinistra alterum eius poplitem corripito.

ALIVD LVCTÆ GENVS

QVVM quispiam cingulum retrorsum tibi corripuerit, tunc

paululum te ſubmittere non dubites, ſi igitur is te ſubleuarit, te ſub hoſte ſi conuerteris, proſternas.

ALIA

DEXTRAM manum tranſmittere memineris, atq; ſupra coxam in ipſius Ilia mijcias, ſiniſtram autem manum humero ipſius dextro ſuperinijcias, inde dextram in ipſa iunctura adijcias, firmiterq; eam contineas, pòſt ſubleues, inde uero genu dextro, hoſtis genu ſiniſtrum ſi urſeris, pronum ſternas aduerſarium.

ALIA

HOSTIS dextram manum, utraq; manu tua corripito, & in latus dextrum pertrahas, inde dextrum pedem ipſius ſiniſtro itidem dextro poſtponas, pòſt ſi brachium dextrum lateri hoſtis ſiniſtro inieceris, per coxam dextram hoſtem tuum precipites.

Alia

Si quispiam brachium utrunq; tuis itidem utrisq; subijcere conabitur, tum de superne rursum brachia utraq; externe cubitis ipsius hostis supponas, atq; sub cubitis brachia tua concludas, inde si sustuleris, brachia eius disrumpas. Poteris etiam gutture correpto retrorsum hostem pellere.

Alia

Si inferne brachia tua consistant, guttur aduersarij corripere quibus, uel maxillam, nec non collum retrorsum pro uiribus urgeas, sed diligenter curabis, ut brachia tua accurate brachijs ipsius hostis transmittas.

Alia

Si inferne brachium tuum teneas, tum dextra guttur hostis impetas, inde si simstrum pedem, eius dextro postposueris, atq; retrorsum urseris, hostis concidere cogetur, uel ex pede utrinq; ipsum sternas.

ALIA ANTECEDENTIS effigies

SI sub humeris tuis brachia hostis sua transmiserit, brachium tuum demittas in cubiti flexura, in eo latere ubi pes prepositus fuerit, altera uero manu attrahas, ita tamen ut in latus torqueas externè, altera itaq; manu hostem contineas, altera autem pectus ipsius corripito, pedes autem popliti adiuncti pedis eius exterioris, calcibus uersum te concluſis.

ALIA FORMA

MANV dextra conatum aduersarij excutito, domes etiam digitos ipsius manus dextræ, simistra autem manu, brachiũ eius dextrũ sursum pellas, eoq; correpto retrorsum agas, atq; inde aduersarium per simistrum pedem præcipites.

ALIA

POSTQVAM hostis digitos dextræ manus solueris tua manu itidem dextra, porrexerisq; simistra, manum hostis simistram, simistra item tua corripito, atq; si poplitem ipsius adprehenderis, prosternas ea conditione hostem.

IMAGO EXCVTIENDI, VEL brachia extendendi.

9

PORRECTIS manibus, inter pedem hostis utrunq; dextram inseras, atq; retrorsum hostem corripias, uel cubitos manu utraq;, inde si sustuleris, in caput eum precipites, uel si mauis reijcias supinum.

ALIA FORMA

PORRECTIS manibus, utraq; retrorsum humeru corripito, sinistri lateris, anteuersum te flectas, inde uero pede dextro progredi-tor porrecto uel extento, Si igitur aduersarius itidem dextro ad te con-cesserit, eundem pedem adprehendito, atq; in humerum dextrum ad-hibita cancellatione eum assumas.

ALIA

SI concideris simul cum ipso aduersario, atq; per caput precipi-taris uel conieceris dextrum genu, attractum dextra manu, simi-stra colophonem si addideris, uersus terram aduersarium com-primas.

CAVTELA

CVM uero hostis remota dextra, eadem brachium corripue-
rit tuum, atq; te tentarit, inde autem eandem supernè transmise-
rit, tum medium adprehendito, atq; si sinistram addideris in
auxilium dextrę hostem deijcias.

ALIA LVCTĘ EFFIGIES

SINISTRVM pedem prefigas, atq; sinistrorsum aduer-
sarium precipites, pedeq; sinistro retrorsum urgeas, subito autem
dextro pede procedito, atq; coincidas in ipsius pedem sinistrum,
cancellatione autem pede dextro utitor ita ut per eundem conster-
natur, uel firmiter ipsius diphteram contineas, inde si eum preci-
pitaueris, aduersarius ruere cogetur.

LVCTA EX ACCVRSV

CVM colluctaris cum aliquo ex accursu, si prope concur-
ristis, tum memineris, ut brachium dextrum externè consistat,
sinistrum uero internè, Si igitur aduersarius pedem prępositerit,
tum ea manu, quę contra hostis pedem constituta est, pedem prę-

positum corripito, alteramq; manum in auxilium alterius adijcias, inde tollas, alterum pedem interne ipsius hostis postponas, post si super-ne eũ retrorsum egeris, partes potiores obtinebis, atq; is habitus utrinq; procedit.

NVNC SEQVNTVR HABI-tus quibus docetur, transuersim colluctari,

SI cum aliquo colluctaris brachio porrecto, alteram manum remo-ueas, eaq; correpto ipsius hostis pede, quasi tollere eundem uelis, simu-lato, uerum si id obseruarit, pedem retrahet, tu igitur brachio porre-cto pedem sequitor, atq; pede tuo retro ipsum transgreditor transuersim, et ea ratione supinum hostem prosternes, is habitus utrinq; formari potest.

SECVNDVS ANTECEDENTIS habitus

EVM habitum hoc modo exerceto, si cum aduersario ex por-rectis brachijs colluctaris, dextram confestim euellas, eamq; per axillam sinistram transmittas, inde dextrum pedem, pedi ipsius dex-tro postponas, atq; ea ratione supinum hostem sternes, etiam is ha-bitus utrinq; formari potest.

TERCIVS HABITVS EX
transuerso

ID hoc modo usurpato, cum colluctaris cum aduersario porrectis uel longis (ut nos uocamus) brachijs, dextrum brachium exeras, pronumq; te exhibeas, eius brachium alterum utraq; manu contineas, inde si te ab hoste conuerteris, in dorsum tuum hostem assumis, is itidem habitus ex utroq; latere procedit.

QVARTVS HABITVS

EAM formam hac ratione exerceto, si cum hoste extentis brachijs luctaris, dextrum rursus liberato brachium, eumq; paululũ pro tuo arbitratu tractes, sed subito pedem dextrum resiliendo pedi ipsius dextro postpomito, tum si dextrum cubitum dextrę hostis axillę supposueris, supinum prosternes. hoc item utringq; formatur.

QVINTVS

BRACHIVM dextrũ rursus euellas, paulisperq; aduersariũ tractes, uerum de repente eum adtrahito, atq; quantũ poteris altissimè dextrũ brachium eleues, idem superinjcias hostis dextro circum dorsum ipsius, si inde ei postposueris dextrum pedem, atq; genu ipsum perpuleris, resupinum hostem dejcies.

SEXTVS

DEXTRVM rursus etiam hoc habitu liberabis, pariq; ratione paulisper ut superius hostem tractes, et post totis uiribus eu propellas, uerum subito preter ipsius opinionem ipsum attrahito, inde manum dextram superimponas ipsius genu externè, humerum uero dextrum adiungas brachio ipsius hostis dextro, deorsum si demiseris, re supinu prosternes aduersarium. Etiam is habitus utrinq; exerceri poterit.

SEPTIMVS

ETIAM in hoc congressu mutuo dextrũ brachiũ liberes, post si hostem pro uiribus pepulisti, de repente inopinantem rursum adte attrahas, atq; manum dextram genu ipsius aduersarij dextro externè superimponas, nec non humerum dextrum brachio dextro supposueris, tum etiam deorsum demiseris, resupinus hostis concidet.

LIBRE HABITVS

SI quis se ĩ libra cõposuerit, neq; cõcedit, ut superiorũ habituũ aliquo utaris, tũ dextrũ brachiũ euellas, atq; brachiũ dextrũ intercludas hosti, inde si retrorsũ traxeris, brachiũ infringes. Id etiam utrinq; exercebis.

ALIVD LVCTÆ GENVS

SI pari certamine extentis brachijs cum aliquo concertes, tum manu ſiniſtra, iuncturam manus itidem ſiniſtrę aduerſarij corripito, eaq; circumflectas, tum uero dextram, dextro ipſius cubito adjcias, et ſi inde eum dextro pede pręceſſeris, brachiū hoſtis prędictum infriges, utriq; et hoc exerceas.

COLLVCTATIO EXTENTIS
brachijs

CVM collucteris cum aliquo brachijs porrectis, in libram te deorſū demittas, et curabis ne ſubprimaris uel ſuccumbas, ſi igitur aduerſarius ſuperne tè tranſuerſim corripere conetur, tum ſubito ipſius cubitum tu adprehendito, atq; abs te illum remoueto, ipſum deinde altero pede antecedas, atq; ex ea compoſitione pronum dejcies. Id utrinq; exerceas.

HABITVS ET ADMONITIO
Si cum forti lucteris

SI cū forti luctaris, et tu nullo excellenti habitu uti poteris, tū curato, ut te quāprimū liberes, brachio tuo inuerſo, ipſius item brachiū concutias externè, inſernè autem appetas ſiniſtrum pedem, atq; ea ratione brachium ipſius infringes. Etiam id utrinq; procedit.

NOTABILE

QVVM luctaris cum aliquo ex longis brachijs, uetetq; quo minus transuerso utaris, tum quamprimū poteris liberabis te, hostem aliquantisper tentabis, inde si uehementi actu retrorsum egeris, inopinantem attrahas, sub brachio ipsius dextro transmittas caput tuū, brachium uero dextrum pedi hostis itidem dextro circumijcias, atq; eum tollas.

SIN autem quispiam pari ratione te corripuerit ut ante, tum pedes tuos longissimè retrorsum porrigas, atq; supernè te in eum reijcias, curabis etiam ea compositione, ut illi sis onerosius deorsum te demittens, in primis autem cauebis, ne aduersarius alterum pedem corripiat, inde si te circumuertas, deorsum hostē precipitas.

ALIVD

SI aduersarius pari modo se in te supernè reiecerit, tum brachiū ipsius utrunq; simul complectitor, firmiterq; contineto, inde te conuertas retroipsū, atq; pedes longe porrigas, ea igitur ratione hostem prosternes resupinum, idq; utrinq; exerceri potest.

ALIA FORMA

QVVM hostis rursum se in te reyciat tanto pondere, ut nequeas ab ipso liberari, tum brachium ipsius utrũq; complectitor, et quam fortiſſimè poteris, ea contineto, inde ſi ſubito demittas, atq; caput uentri adpli-cueris totis uiribus, hoſtẽ per dorſum precipitabis ut pronus concidat.

HABITVS MVTVÆ correptionis

SI cum quopiam colluctaris ex mutua correptione, te deorſum in li-bram demittas, nolito autem brachia tua concludere, ut queas ijs uti ſi opus fuerit. Cum igitur continere ui aduerſarius continetur, accuratè animaduertas, ſi is ſe demiſerit, genua flectens, ut altero genu tuo, ipius item genu externè concutias, atq; ea ratione eum ſupinum proſternes, Is etiam habitus utrinq; formatur.

RATIO IMPELLENDI genua

QVVM quiſpiã eo modo genu impulerit ita ut concidere te opor-teat, curabis ut brachio dextro firmiter inſiſtas, atq; inferiè pedes longè porrigas, tum in ipſo caſu te deorſum ui deijcias, manus ſiniſtra retro hoſtem humum contingat, et ea ratione hoſtem ſubleuabis, is igitur ha-bitus utrinq; exercetur.

SI CVM FORTI ALIQVO
colluctaris, qua ratione utendum

SI cum aliquo forti luctaris, mutuoq; uos corripuistis, atq; ui conti-
nuerit te, tum manu sinistra maxillam illius adprehendito, eumq; repel-
las abs te, sed quamprimu is aperuerit, iunctiuram ipsius dextra manu
subito corripias, post aduersariu dextro pede antecedas, et ea ratione ipm
prosternis, pariterq; brachiu ipsius disrumpis, iu habitu utriq; exercere
poteris.

ALIVD

QVVM aduersarius pari ratione te comprehenderit, et utrūq;
brachium intercluserit, nec non altero pede antecedere te conabitur, tu
subito dextra manu tuam sinistram corripito, inde si pro uiribus ante-
uersum protraxeris, brachium disrumpas licebit. Is item habitus utriq;
exercetur.

ALIA LVCTÆ SPETIES

SI cum quopiam forti colluctaris pari correptione, accuratè obser-
uabis, si aduersarius te adtrahere conetur uel comprimere, ut ipsius
dextrum brachium, utroq; brachio comprehendas, atq; humeru tuu

retro axillam aduersarij dextram adiungas, Si igitur ui te coartando uincere conabitur, diligenter curato, ut ipsius alterum pedem corripias, id utrinq; procedit.

INSTRVCTIO, SI QVISPIAM

te fortior tecum colluctetur qua ratione sit utendum

SI aduersarius te fortior ui conetur alterum pedem tuu attollere, tum ipsum intercludas. Idem si ab hoste tibi contingat, supernè ipsum uersus te attrahas, atq; subleues, inde si conclusis pedibus, pedem ipsius liberum concusseris, resupinus concidet, utrinq; etia is habitus procedit.

NOTABILE

SI cum aduersario colluctaris qui te uiribus præstet, imprimis curato, ut ipsum intercludas, eumq; retrorsum agas, si autem eum attraxeris, pedem intercluſum ipsius protrahas, supinum ex ea ratione eum dejicies. Vtrinq; item et hoc formatur

De interclvsione

14

Qvvm colluctaris cum aliquo forti, atq; te ui intercludat, tum manu dextra totis uiribus eum ad te attrahas, nec non pedem intercluſũ, ipſius libero pedi ſuperimponas, inde ſi ſuperne ipſum remoueris, pronus concidet aduerſarius.

Notabile

Si quis intercluſerit te, et liberum brachium tuũ corripuerit, conetur q; te ſternere, tũ brachiũ inferius ipſius brachio retrorſum ſuperinjcias, atq; ipſum protrahas, eo igitur habitu brachium ipſi diſrumpes, atq; inſuper pronum proſternes. Vtriq; hoc exercetur.

Aliud

Si animaduertis, q; aduerſarius ex interclusione pellere te moliatur, tunc ſubitò te in ipſum extendas, eodemq; pede ipſum precedas, coxam inde in gremium adplices, poſt ſiniſtra manu pedem ipſius retrorſum captato, per dorſum hoſtem deijcies, item & hoc utriq; formetur.

ALIA LVCTÆ EFFIGIES

CVM aduersarius te preuenerit, atq; brachium utrunq; subiecerit, et corpori tuo adplicarit, inde autem sternere uel comprimere te moliatur, tu manu utranq; capiti aduersarij impomito, atq; si supernè abs te urgeas, retrorsum uero depresseris, ipsius collum infringes.

CORREPTIONIS EFFIGIES

SI aduersarius diphteram tuam manu sinistra corripuerit, atq; dextra infernè adprehenderit, tum iunctturam itidem sinistra amplectitor aduersarij, inde si retorseris, cubitum dextrum, brachio ipsius supernè adplices, atq; deorsum supprimas. Vtrinq; id exerceas.

RATIO INFRINGENDI
brachij

SIN autem brachium hostis demiserit sinistrum, uetetq; ne circumflectere possis brachium, tum infernè aduersarij brachiu dextriu concludas utroq; brachio tuo prope iunctturam, ea ratione si sustuleris sursum, brachium ipsius infringes. Et hoc utrinq; formatur.

HABITVS CVM QVIS TE complexus fuerit

SI hostis te fuerit complexus luctando, manibus celerrime sublatis utrisq; in capillos inuoles hostis, et ea ratione per caput eum transmittere quibus. At si id destruere uolueris, utrunq; cubitum hostis corripito, retrorsum inde si urseris, uel caput tuum retrorsum uertas quantum poteris, crines tuos adprehendere nequibit.

NOTABILE

SI quis pro uiribus te contineat, uetetq; ne capillos adprehendere suos possis, os ipsius impellas, inde autem de repente te demittas, atq; alterum pedem retro ipsum colloces, et eo modo supinum hostem prosternes, vtrinq; id exercetur.

PROHIBITIO, NE HOSTEM inferne calcare queas

SI quis te firmiter contineat, et in libre habitu se composuerit, uetueritq;, ne inferne ipsum calcare possis, tum digitum ipsius aliquē corripito, atq; eo modo digitum eundem corrumpas, is autem habitus occulte fiat, neq; eum exerceas, nisi necessitate summa fueris coactus.

HABITVS AMPLECTENDI anterius

QVVM quispiam te anterius amplectitur, inferiēq; brachia sua contineat, tum diphteram aduersarij corripito, atq; digito collum ipsius fodias, et hinc te relinquet, inde ipsum supprimere licebit atq; supinum prosternere.

NOTABILE

SI aduersarius diphteram tuam adprehenderit, atq; te capere uel pungere molitur, tum manū sinistram, ipsius manui superimponas in iunctura, inde eam circumflectas, dextrum cubitum supernè brachio eius impomito, pòstsi deorsum suppresseris, et ea ratione brachium hostis infringes. Vtringq; et hūc habitū formabis.

ALIVD

CVM aliquis diphteram corripuerit tuam, te in latus sinistrum conuertas, atq; manu dextra cubitum aduersarij impellas, inde si sinistro pede ipsum antecesseris, pronum impulsu facto hostem deijcies: etiam id utringq; exerceas.

ALIVD LVCTE SPETIES

SI cum aliquo luctaris, et tu uideris ipsum ad uerberandum esse preparatum, utranq; manu uentri admoueto, paq; ratione adgreditor. Cum igitur faciem uerberare conetur, dextra manu sublata, plagam hostilem manu aperta excipito, atq; tum utitor ijs habitibus, qui iam subsequuntur.

SI plagam hostilem dextra manu exceperis, tum longè pedem dextrum tuum dextro item hostis pedi transuersim postponito, atq; si id rite feceris, supinum hostem prosternes.

ALIVD

CVM quispiam faciem tuã pulsare conetur, tũc pugno sinistro porrecto, uel palma extenta diphteram inferrè impetas totis animi uiribus, dextrum brachium inde si alteri hostis pedi circumiecteris, resupinum prosternas aduersarium.

ALIVD

SI aduersarius te uerberare conetur, manu inuersa uim hostilem

excipito, retrorſumq; totis uiribus urgeas, inde manu ſiniſtra inferne brachium ipſius dextrum amplectitor, atq; ſi dextrum pedem, ipſius itidem dextro ſubpoſueris, ſupinum proſternas, ſimul etiam brachiu ipſius diſrumpitur.

RATIO CAPILLOS CORRIPIENDI ET EIUSDEM HABITUS DESTRUCTIO

CVM hoſtis capillos tuos adprehenderit, tu manu ſiniſtram, utriq; ipſius manui ſuperinjcias, in iuncturam dextrę manus, dextrum uero inferne cubito ipſius injcias, inde ſi ſurſum hoſtile brachiu torſeris, teipſum liberabis, atq; inſimul brachium illi diſrumpes.

ALIVD

CVM mutuo capillos corripuiſtis, tum pari ratione ut ſupra prędictum eſt, hoſtem corripito, et manum ipſius ſiniſtram in brachium dextrum tuum retorqueas, inde pro uiribus deorſum ſuppri-mas, atq; manu ſiniſtra collum ipſius uerberes.

DESTRVCTIO, SI QVIS TE sternere conetur capitis impulsu

SI quis medium te complexus fuerit, atq; supinum capitis impulsu prosternere moliatur, tum celerrimè utrunq; humerum corripias, uel quo quo modo ipsum iuxta diphteram adprehendere poteris, inde si ipsi pedé antepositeris, per eundem aduersarium precipites.

ANTECEDENTIS DESTRVCTIO

SIN autem hostis ad precipitandum te pari modo comprehenderit, ilijs relictis, poplitem ipsius corripito, si ea ratione leuaris, supinus hostis concidet, uel per caput tuum precipites, aut si mauis asportes ipm.

RATIO EX LVCTA STERNENDI

DEXTRA manu tua, ipsius aduersarij sinistram adphendas, brachiumq; ipsius subleues, inde sub ipsius brachio leuato caput tuum transmittas, post si poplitem eius dextrum manu simistra corripueris, humeris pedem sustollas, in caput hostem per dorsum tuu precipites.

ALIA EFFIGIES

MANV

ſiniſtra, hoſtis dextram adprehendito, atq; abs te in latus ſiniſtrum retorqueto, poſt dextrum pedem, ipſius item dextro poſtpo- nas, dextram manu eius collo anterius adijcias, atq; aduerſariu per femur pedis dextri precipites.

NOTABILE

SI

ſublatis brachijs aduerſarius contra te procedit, tum ſub brachio ipſius dextro lateris dextri tranſmittas caput tuum, ipſius pedem dex- trum precedas, atq; dextrum brachium ſub brachio ipſius itidem dextro tranſmittas, ilia circundando, poſt ſi te non nihil demiſeris in dextrum femur eum aſſumas, atq; reijcias.

QVID AGENDVM CVM

deiecto

SI

quempiam proſtraueris, tunc utroq; genu pubem ipſius deiecti, in- tra pedem utrunq; urgebis, ambas manus corripito, gutturem etiam ſi uolueris aduerſarij adprehendito, inde ſi ex omni parte depreſſeris, hoſtem captiuum retinere licebit.

DESTRVCTIO

18

SIN autem tu deiectus atq; superatus ab hoste fueris, in primis atq; ante omnia diligenter curabis, ne manus tuæ intercludantur, subitò autem altera manu faciem ipsius adprehendito, pollex mento suppomitor, reliquos digitos manus eiusdem pupillę, eosq; pro uiribus tuis adplices: Verum altera manu totis item uiribus uesicam hostis impellas, alteru pedem inde, qui liberior est atq; magis solutus extendas, atq; celeriter rursum attrahas, et testiculos ipsius impetas, his igitur tribus tactibus, ut iam commemorati sunt, aduersarium abiges, atq; infirmabis.

INDEX HVIVS LIBRI.

A

Accursus luctæ. . . . . 9. 2.

B

Brachiorum extensorũ luctæ. . 11. 2.

C

Cum quis pro viribus brachiũ corripiat. . . . . 2. 2.

Cum pondus tibi hostis aufferre cupiat . . . . . 3. 2.

Contra cancellationes p brachia factas. . . . . 6. 2.

D

De Interclusione. . . . . 14.

E

Ex lucta sternendi ratio. . . . 17.

Ex brachys luctandi ratio. . . . 1.

H

Habitus mutuæ correptionis . . 12. 2.

Habitus septem Transuersar. luctar. 10.

Habitus libræ. . . . . 11.

I

Imago excutiendi. . . . . 9.

Impellendi genua ratio. . . . 12. 2.

Intercluſio. . . . . 14.

L

Libræ habitus. . . . . 11.

Lucta corporales. 4. 2

Lucta ex accurſu. . . . . 9. 2.

Lucta extenſorum brachiorum. 11. 2.

M

Manu inferne Tranſmutandi ratio. 2. 2.

Mutuæ correptionis habitus. . 12. 2.

N

Ne hoſtem inferne calcare queas. 15.

P

Præcepta deluctis. . . . . 1.

Q

Quid agendum cum deiecto. . 17. 2.

R

Ratio obſeruandorũ digitor. hoſtis. 3.

S

Si cum forti aliquo luctaris. . . 13.

Si quiſpiã te fortior tecũ colluctetur. 13. 2.

T

Transmutandi manus ratio. 7. 2.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

Nr. 1457 Ausgang: 28.8.1908
I. Schäden: m m d
II. Behandlung: 25 Formund
III. Besonderheiten: